

3014.  
11110.

Biblioteka Jagiellońska.



VI. cl. 56.

VI. a. 56.


Teol. 4591.



75

CIMELIA

1869. L. 86.



# METHOS

DVS CŌFESSIŌNIS.

HOC EST,

Ars, siue ratio, & breuis quædam via  
confitēdi, in qua peccata & eorum  
remedia plenissime continentur.

AD HAEC,

XII. Articulorum fidei cum pia, tum  
erudita explanatio.

Hanc methodū facilemque viam peccata fatendi,

Floribus è sacris candidè lector habes.

Hinc propriè nosces animæ maculasque, viamque.

Illas sacrificiis qua referare quea.

Peccati species, atque inde fluentia membra

(Ut meminisse iuuet) carmina pauca tenent.

Antidotum morbo subiunximus: inde m edelam

Quæres, si vitij saucia mens fuerit.

Quod si forte tibi siti copia temporis, isthæc

Fronte leges placida. Viue, Valeque Deo.

CRACOVIAE, APVD VIDVAM  
FLORIANI: ANNO M. D. XLVI.

lin. 0. 75



REVERENDO PATRI  
DOMINO FRANCISCO PRZE-  
WORSCZO, Sepulchri Dominici Hiero-  
solimitani professo, Præposito Prze-  
worscensi, Domino suo plurimū ob-  
seruando. Gregorius Przeworsceus  
Typographus Officinæ Vngler-  
rianæ prefectus  
S. P.

**A**LLatus est huc, Pater Reuerende, viri  
cuiusdam modestissimi ( adeo ut etiam  
in re satis honesta à nomine suo abstinue-  
rit ) & de sacris litteris Christi q; fide orthodoxa  
bene meriti, libellus, cui autor de ratione confiten-  
di titulum fecit. Quem cum statim auide percur-  
rissem, alijsq; in his studiis me multo prestantiori-  
bus, per legendum dedissem, ad bene beateq; viuē-  
dum ac etiam moriendum, cum Christiane religio-  
ne omnibus hominibus, tum uel maxime his, qui  
clauē ligādi, soluēdi, docēdiq; habēt, magno profu-  
turus iudicat<sup>9</sup> est. Etenim nō vulgariter breuē quā-  
dam viam, fidem Christianam professo scitu per-  
necessariam, ad vitam eternam ut se complectitur  
Quem ego pro recepta beneq; trita consuetudine  
sine alicuius precellentis viri p atrocinio ac defē-  
sione, in publicum ire cum non paterer, cepi cogi.

RI  
Z Ea  
ero-  
rze-  
ob-  
ceus  
27

vir  
tiam  
nue=  
doxa  
nten=  
rcur  
tori=  
iuuē=  
gio=  
qui  
rofu  
quā  
per=  
titur  
dine  
esē=  
ogia

tare, & intra me deliberatione matura reuoluere,  
cui potissimum hunc dedicarem. Tu omnium pri-  
mus Pater Reuerende, mihi in mentem venisti, Qui  
non solum religione quam profiteris, sed etiam  
singulari, cum erga omnes bonos tum uel maxime  
erga me, gratia & humanitate, modo vero omnes  
genere virtutum conspicuus es, Dignus igitur, ut is  
de quo modo, libellus tuo nomini dedicatur, atq; ita  
securus in vulgus eat. Et si inciuile sit de alieno lar-  
giri, Ego tñ non sum veritus alienos labores dedi-  
care, Qui postq; editi sunt, publici Iuris esse cepe-  
runt, adeoq; nostri, Nam earum rerum quæ Iuris  
publici sunt penes occupantem Ius esse Iuris con-  
sulti sanxerūt. Donent tibi alij quæ velint, nos quæ  
ad salutem animæ pertinent offerimus. Quæ tu,  
Pater Reuerende pro tuo in me amore benigne sus-  
cipe, & tuâ lectiōe illa dignare. Ea si semel tantum  
videris, ipsa postea sua sponte animū tuū ad legen-  
da cohortabuntur. Non q̄ ex his elegantia que-  
renda sit, sed salus appetenda

Vale Pater obseruande

& nos quod facis

Ama.



A ij

## LECTORI SALVTEM.

**S**uperiore anno, Lector optime, e-  
 dideramus quendā de institutiōe  
 puerorum libellū : qui in gymnasio  
 Nauarrano scholasticis enarratus est  
 eodem anno, Quadragesimæ tempo-  
 re, idq; statutis diebus & horis: nempe  
 (vt Ecclesiasticorum verbis vtamur)  
 post Completorium omnis diei sab-  
 bathi, & omnis peruigilij aliorum (si  
 qui occurrebant) festorum dierum,  
 Dominicis item diebus tum statim a  
 sacro matutino, tum in pomeridianis  
 exactionibus, quas vulgo Reparatio-  
 nes vocant. Sed cum iam secūdo mē-  
 se post eius libelli editionem typogra-  
 pho ex magno exemplariorū numero  
 pauca admodū supessēt: ob idq; ipm̄ ad  
 secundam editionem iam se se accin-  
 gere: visum est nobis totum opus, nō  
 dico recognoscere, vt prodiret emen-  
 datius: sed nouū omnino facere: atq;  
 ita nouum, vt in eo ne vestigium qui-  
 dem formę prioris agnoscas.

Opusculum igitur ita & innouatū,  
 & multo

& multo locupletius factū ( immuta-  
ta etiam, sed ad nostrum institutum  
commodius inscriptione ) rursus ty-  
pographorum characteribus excudē-  
dū curauimus. Huius autē nostri in-  
stituti finis fuit, vt earum rerū lectiōe  
ad peccati fugā atq; odium, & ad vir-  
tutis amorem extimulatus puer, a te-  
neris assuescat morum integritatē &  
pietatem vere Christianam, cū bonis  
literis & studio eloquentiē cōiungere:  
sueq; etatis primicias offerre Deo &  
Christo Iesu: atq; in sacri baptismatis  
fonte recuperatam innocentiam, iam  
ab ineunte etate vsq; in vltimam vitę  
periodum puram & immaculatā cō-  
seruaret & deniq; ex puericia bene in-  
stituta, reliquas vitę partes bene bea-  
teq; transigere: vt tandem scilicet gra-  
tia & beneficio Dei fultus, post bono-  
rum operum administrationē, cœle-  
stis glorię vitęq; æternę ex pro-  
missione diuina particeps  
fieri queat. Bene vale,  
& Deo foeliciter  
viue,

A iij

ME

M E T H O D I  
C O N F E S S I O N I S  
P R O L O G V S.

**Q**uonia septies in die cadit iustus: nemo potest dicere, Mundum est cor meum, purus sum a peccato: & si dixerimus, nos peccatum non habere, nos ipsos seducimus, & veritas non est in nobis: ideo constat omnes esse peccatores, & egere poenitentia. Nullus autem de peccatoribus magis deplendus est, quam qui putat se non habere quod defluendum sit. Nullum etenim malum facilius decipit quam cum idipsum non intelligit esse malum. Denique omnino necesse est ei peccatum suum agnoscere, qui illud Deum sibi vult ignoscere. Si enim tegit agrotus vulnera, quomodo illi a medico adhibebitur medicina? Itaque salutis inicium est cognitio peccati, ex qua initiu quoque sapientiae timor Domini oritur. Ex his autem duobus nascitur contritio, ex contritione, confessio, ex confessione, satisfactio: per quas tres poeni

*Peccati cognitio salutis inicium est.*

PROLOGVS

pœnitentiæ partes homo reconciliat  
 Deo. Etem̄ dignum est, vt quis prius  
 inuisibilia animæ suæ cognoscat, quā  
 possit esse idoneus ad cognoscendū in  
 uisibilia Dei, & frustra cordis oculū  
 erigit ad videndum Deum, qui nōdū  
 est idoneus ad videndum seipsum.  
 Præcipua em̄ ac principalis via inue-  
 niendi Deum, est homo peccator in-  
 ueniens seipsum. Stude (inquit Ber-  
 nardus) cognoscere teipsum: quā mul-  
 to laudabilior es, si teipsum cognouer-  
 ris, quā si te neglecto cognoueris cur-  
 sus syderum, vires herbarum, cōple-  
 xiones hominū, naturas animalium,  
 quā si cœlestium & terrestriū omniū  
 habueris noticiā. Multi em̄ multa sci-  
 unt, seipsum aut̄ nesciunt: cum tñ sum-  
 ma cuiq; philosophia sit, cognitio sui.  
 Verum, delicta quis intelligit? Ac si  
 diceret Propheta. Nemo potest sua  
 omnia peccata intelligere, & scire per-  
 fecte. Ideoq; subdit. Ab occultis me-  
 is munda me. Nec uero satis est sua  
 quæq; peccata agnouisse, nisi & de ijs  
 tempore & loco cōfiteant. Quāobrē  
 A iij Dei

Dei gratia (sine qua ne cogitare qui-  
dē bonū sufficimus) nos præueniēte  
& subsequente, hanc **METHODVM**  
**CONFESSIONIS**, id est artem siue  
rationem, & breuem quandam viam  
confitendi contexuimus, id ipsū fore  
sperantes ad salutem atq; vtilitatē cū  
omnium profitentiū orthodoxā Chri-  
sti, fidē, tū vel maxime puerorū apud  
Nauarram Lutetianam Grammaticæ  
studentium, ut cum suā volent discu-  
tere conscientiā, & sua peccata cogno-  
scere tum demum ex opusculi huius  
lectione & ea agnoscere queant, & de-  
agnitis qua ratione confiteri possint,  
intelligant. Quod ut commodius fa-  
ciant, quoad eius fieri potuit, peccato-  
rū species, & (vt vocant) ramos, quæ-  
cunque denique ad cōfessionem face-  
re videbantur, versibus cōplexi sum⁹  
vt sint peccatorum quasi commentarij,  
per quos in ipsa confessione pueri de-  
lictorum suorum facilius recondent  
Ipsis etiam versib⁹ ad plenius (vt vul-  
go dicitur) examen conscientix veluti  
enarrationis loco glossemata subiun-  
ximus

ximus, quibus in signem aliquam sententiam plerisque in locis inseruimus quæ lectoris animum excitaret, oblectaretque.

Distinximus præterea septē peccata capitalia a decem præceptis Decalogi: tametsi ad hæc nonnulli superiora illa aptissime retulerunt, Ceterum nos secuti vulgarem & tritum morem ferre in cōfessionibus obseruari solitum, singula distinximus, quo faciliore esset confessionis ratio hīs, qui a plurculis diebus confessi non essent, quique minus curauissent peccata sua memorie committere. Viris enim conscientia suæ scrutatoribus & frequenter confidentibus conscientia suæ examē sufficit.

Ad hæc sua cuique remedia capitali peccato opposuimus, detestandi scilicet peccati methodum, quæ peccati prohiberet affectum: similiter & vitandi peccati methodum, quæ peccati prohiberet effectum. Et quia (inquit Philosophus) opposita iuxta se posita magis elucescunt: & egressus vitij virtutis

A v operatur

PROLOGVS

operatur ingressum : idcirco vnicuique  
 peccato capitali contrariam virtutem  
 subieci mus: vt qui formidine pœne a  
 peccato arceri nō potest, saltem id pos-  
 sit amore agnitæ virtutis. Vbiq; autē  
 humili stylo vsi sumus, more diuinam  
 scripturarum, quarum veritas verbo-  
 rum lenocinio & mundanæ eloquen-  
 tiæ fucō nō indiget: cum clara & illu-  
 stris appareat suo lumine: mentemq;  
 nō aurē pascere debeat. Sermo rudis  
 (inquit Hieronimus) vsq; ad cor pene-  
 trat: politus autem pascit aures. Quid  
 vero prodest clauis aurea, si a p̄ire quod  
 volumus, nō potest: aut quid obest fe-  
 rea, si hoc p̄t: quando nihil querimus  
 nisi ut ie pateat, quod clausum est?

*Operis di-  
 uisio.* ¶ Postremo hunc libellum in sex,  
 partes diuisimus.

In prima agitur de mundi creatione  
 & alijs articulis ad fidē spectantibus

In secunda, de præceptis Decalogi, &  
 de quinque præceptis Ecclesie.

In tertia, de peccatis capitalibus & eo-  
 rum remedijs, & de septem virtutib;  
 que illis opponuntur.

In

In quarta, de reliquis peccatis, & peccatorum circumstantiis.

In quinta, de pœnitentia, & partibus eius.

In sexta, de arte bene moriendi.

**C**Hac præfatūcula futuros opusculi huius lectores admonēdos putauimus.



METHO:  
DI CONFSSIONIS  
DE ARTICVLIS  
ORTHODOXÆ  
FIDEI,

PRIMA PARS

DE DEO, & Mundi creatione.

DEVS  
Vnus est.



OMNIVM animis per-  
suasū esse debet, nulloq;  
modo ē dubitandū: vnū  
duntaxat esse Deum in-  
substantia quidem, sed  
trinum in personis inter se per omnia  
æqualibus: Patris Filij, & Spiritus sc̄ti,  
Eundemq; sine fine, sine principio, in-  
creatum, immortalem, impassibilem,  
immutabilem, infinite potentē, omni  
perfectionis numero absolutissimum,  
vbicq; substantialiter & potentialiter  
præsentem: cuius oculis vel abditissis  
hominum cogitatus peruij sunt, huius  
mun.

mundanæ fabricæ architectum & officinatore. Cui, quia bonus & superbonus est, superabundantia bonitatis complacuit, ut fierent quedam, quibus benefaceret, & quæ eius participaret bonitate. Creauit igitur in mundi primordio <sup>Angelorum creatio</sup> angelos, substantias intellectuales & incorporeas ministros maiestatis diuinæ. Quorum aliqui præ superbia non ferentes illuminationem & honorem (quem ipsis benignissime omnium bonorum largitor Deus indulerat) libera voluntatis potestate in Deum conditorem suum rebellauerunt, & Deo similes esse voluerunt. Quæ superbia <sup>Angelorum transformatio in demones.</sup> ipsos vel cunctis syderibus clarius micantes in momento & nictu oculi æterna obtenebrauit caligine: & speciosissimos angelos in terribissimos demones commutauit, & e cælo in profundum inferni deturbauit. Quibus quia nullam patere redeundi viam sciebat Deus quod superbi essent valde, & quod superbia eorum poenitentia remedium non admitebat, ac per hoc nec veniam Idcirco ad huius ruinae reparationem <sup>homi</sup>

HOMINIS CREATIO

hominem (qui in cacodæmonum locum sufficeretur in cœlis) ex visibili corpore, & in visibili anima plasmaturus, tanquã quendam regem & principem vniuersæ terræ, & eorum quę in ea sunt, iã ei præstruxerat quãdã veluti regiã, quã inhabitãs beatã & ex omni parte felicem deduceret vitam: nimirum terrestrem Paradisũ Iariciae & voluntatis omnis promptuariũ plantis semper virentibus in lignem odoris suauitate refertam, plenam lumine, vniuersę sensibilis venustatis & pulchritudinis commendatissimam,

*Lignũ vite.* In cuius medio Lignũ vitæ plantauit cuius fructu instauraretur humidum naturale, ne senectus hominem dissol

*Lignũ sciẽtiæ.* Plantauit etiã Lignũ Sciẽtiæ boni & mali, ad experiẽtiã quandã, pbatioemque, & exercitiũ obedientiæ & inobediẽtiæ hominis, & per cuius esum homo experiẽtia cognosceret, quanta esset differentia in bonum obedientiæ & malum inobediẽtiæ. Qua in re perfecte monstraret Deus, quantum sit bonum obedientia, cum

HOMINIS CREATIO

encia: cū hominē ī paradiso positū ab ea re phiberet, quæ ex se mala nō esset solaq; ibi posset obedientia palmam tenere & sola inobedientia inducere in pœnam. INDE ex limo terræ homini corpus formauit: cui infudit animam creatā ad imaginem suam, id est intellectualem, rationalem, & liberi arbitrii voluntatisq;. Et ad similitudinem suam, id est virtutibus consummatam & perfectam, quantum ipsius ferebat natuta. Hæ enim virtutes sunt veluti characteres signaculaq; diuinæ naturæ. Hominem enim rectum fortem, bonum, securum, sapientem iustum, omni virtute decorū, bonis omnibus ornatum, ab omni prorsus malitia, liberū, ad consortium suūp-  
 sius condiderat: ut creatus auctorem suum & conditorem Deum agnosceret, diligeret, veneraretur: eiusq; optimis & amantissimis præceptis morē gerens: per opera bona & meritoria post temporalem vitam in corpore & anima ad vitam immortalem, & nullo vnquam sine terminandam perueniret, in

Hominis  
 creatio.

niret, in cœlo cacodæmonū locū fortit.  
Vici ſſim ſi eorum exemplo d uis præ-  
ceptis non acquieſceret. ſed belluino  
more, quali anima rationis participe  
minime præditus ſuis voluptatibus  
indulgeret, cuijs dæmonibus in in fer-  
no æternum arderet.

DE PECCATO PRIMI

parentis.

**O**MNIVM igitur rerum opifex  
Deus protoplaſtum Adam crea-  
tum, poſuit in paradifū volup-  
tatis: & præcepit ei, dicēs. Ex omī li-  
gno padifi comede de ſigno aut ſciētie  
boni & mali ne comedas. In quocūque  
em die comederis ex eo, morte morieris  
Quia mortu<sup>9</sup> in aīa, mortis etiā corpo-  
ralis ſentētiae ſubiacebis. Nihilomin<sup>9</sup>  
tamen per ſuaſione ſuæ vxoris Heuæ  
(quæ ex ipſius dormiētis coſta a Deo  
formata fuerat, & cui ipſe Adam præ-  
ceptum Dei ſignificauerat) de fructu  
ligni vetiti comedit. Propter qd' pec-  
catum ipſe & eius vxor Heua ē para-  
diſo voluptatis eiecti, æterna beatitu-  
dine

Gene. 2.

Trāſgreſ-  
ſio mādati

dīne ex hætedati & iustitia originali  
priuati sunt. Ex cuius priuatione in  
difficultatem ad opus bonum, propen  
sitate ad malum, imprudentiam ad  
futura præuidendum incurrerūt. His  
amplius in damna, miserias, morbos,  
ærumnas, famem, sitim, frigus, estū,  
& alia mala innumera deuenerūt, de  
niq; etiam in ipsam moriendi necessi  
tatem. Et statim caro concupiuit ad  
uersus spiritum, & spūs aduersus car  
nem, senseruntq; aliam legem in mē  
bris suis, repugnantem legi mētis suæ  
Factumq; est iusto dei iudicio, vt qui  
Deo subijci nolent, ne membra quidē  
sua sibi subiecta habere possent, & q  
ab eo (qui oīa regit, & qui eos prius  
regebat) regi nollent: ea, quæ prius  
regebant, regere nō possent, cōtēptaq;  
Dei obedientia, inobedientia corporis  
punita est. Quæ omnia mala limatulo  
iustoc; Dei iudicio, in totam posterita  
tem diffusa sunt. Natura em̄ humana  
(quæ in primis parentib. tota erat) per  
peccatum tota corrupta est, totaq; iu  
sticiam & immortalitatem perdidit.

B vnde

PECCATVM ADÆ

vnde non nisi corruptos, iniustos, & mortales filios generare potuit, Et diabolus iuste filios in seruitutem requisit, quorū libertatem a primis parētibus emerat. Qui sicut fuerant omnium parentes, ita & omnium extiterūt peremptores, & (quod infelicissimū ē) prius peremptores, quā parētes. Quod si primi parentes & eorum posteritas Dei mandato paruissent, & iustitiæ originalis donū cōseruassent, in magna quiete & trāquillitate vix issēt, Quia eorum ratio (id est vir intelligēdi agibilia & cognoscibilia) errare nō potuisset, sed Deo obediisset, eique in omnibus se cōformasset, voluntas rationi sensualitas volūtati, bruta etiam animantia hominis imperio paruissent. Qua iustitia originali manente, corporis cū animā indissolubile erat vinculū. Homines em̄ a frigore, æstu, siti, fame, aegritudine, denique ab omni corporis animique lāguore immunes & vacui, post vitam bene beateq; peractam, & post multorū honorū operum executionē, sine mortis pœna in coelū trāssta-

10  
vi fuissent viui. Quo iustitiæ originalis  
singulari dono primorū parētum cul-  
pa perditō, in moriendi necessitatem  
& omnem presentis vitæ miseriam de-  
ventum est. Omnes enim ex proge-  
nie Adam (præter CHRISTVM, &  
MARIAM matrem eius) in peccato  
originali concepti sunt, id est in carē-  
tia iustitiæ originalis, quam cōseruatā  
oportuerat. Contra quod peccatum  
consultissimus ille male affecti animi  
medicus IESVS Christus, sua inexau-  
sta bonitate præsentissimū remediū  
humano generi indulgit, nempe bap-  
tismi lauacrum. Nō tamē hoc pharma-  
co peccati fomes, & ad opus studiosū  
difficultas, & ad malum propensitas  
adempta est, sed solum ius & domini-  
um, quod diabolus in animas homi-  
num iure sibi vendicabat.

*Cur de cœlestibus & inuisibilibus  
nonnulli subdubitent*

**P**OSTQVAM de Paradisi  
gaudijs (culpa exigēte) expulsus  
est primus humani generis parēs, in  
huius cæcitatē atq; exiliū venit ærūnā.

B ij

## INVISIB. CERTITVDO.

illa cœlestis patriæ gaudia ( quæ prius  
 contemplabatur ) videre non potu-  
 erit. Nempe in paradiso voluptatis cō-  
 sueverat verbis Dei perfrui, & corpo-  
 re in terra degens cum angelis anima  
 diuersari per cōtemplatiōem, Sed post-  
 quam huc cecidit, ab illo quo imple-  
 batur mentis lumine recessit. Ex cu-  
 ius carne nos in huius exiliū cæcitate  
 nati, audimus quidem cœlestem esse  
 patriam, audimus eius ciues angelos  
 Dei, audimus eorundē angelorū soci-  
 os spiritus iustorū & perfectorū. Sed  
 quia homines carnales illa inuisibilia  
 per experientiam scire nō valent: sub-  
 dubitant anne sit, quod oculis corpo-  
 rali bus non vident. Quæ nimirū du-  
 bietas primo parenti esse non potuit:  
 quia exclusus a paradisi gaudijs, quid  
 viderat, quid amiserat memori mente  
 recalebat, Sed in filijs ea esse potuit du-  
 bietas, qui a primo parente audita ex-  
 perimento sentire non poterant. Per-  
 inde atq; si prægnans mulier in tetrū  
 carcerem mitatur: ibiq; pariens, pue-  
 rum

## INVISIB. CERTITUDO

rum natum nutriat, cui crescenti, solē lunam, stellas, montes, campos, volātes aues, currentes equos, varietates colorum, diuersitatemq; rerum omnium mater nominet. Ille vero natus & nutritus in carcere, nihil aliud sciens quam tenebras, dū hæc a matre audiet, verane sint subdubitabit: vt pote qui ea non cognoscat experimento. Haud secus in hac exiliij sui cæcitate nati homines, dū summa & inuisibilia audiunt, diffidunt an vera sint: quia sola hæc infima & visibilia nouerunt, in quibus nati sunt. Vnde factum est, vt visibiliū inuisibiliūq; creator humane calamitatis misertus, genus humanū redempturus veniret: vt dū visibiliter Deum cognoscemus, per ipsum factū visibilem in amorem inuisibiliū rapemur, & in ipsum citra omnem dubitationem crederemus, cordibus nostris per Spiritum sanctū viuificatis, & in fide confirmatis: quatenus eius sacro spiramine afflati, ipsi crederemus, quæ per experimentum nōdū scire pos-

## REDEMPTIO

semus. Quotquot ergo hūc spiritū hereditatis nostræ pignus accepimus, de vita inuisibiliū, nō dubitamus.

Quisquis autē in hac fide nondū est solidus, debet proculdubio maiorum dictis fidem habere, eisq; iam per spiritum sanctum inuisibiliū experiētiā habentibus, credere. Nam stultus est puer, qui matrē suā ideo putat de luce mentiri, quia nihil tale potuerit experiri, & nihil aliud quam carceris tenebras nouerit.

## DEREDEMPTIONE

humani generis.

**D**Eus igitur Optimus Maximus humane salutis amator, cui propriū ē misereri semp & p̄cere, q̄ iust<sup>9</sup> est simul et misericors, q̄ iusticiā i misericordia, & misericordiā in iusticia seruat, nolens vniuersum hominū genus æternū perire, & a paradisi gloria (ad quā ipsum creauerat) perpetim exulare, hominis vice nullam poſtea condidit creaturā, innuens ex hoc ipso

HOMINIS.

ipſo redimendū adhuc hominē, quiſpe  
 pe quem ſupplantaauerat aliena mali-  
 cia, ideoq; prodeſſe ei poterat charitas  
 aliena. Seruata igitur iuſticia (quia  
 diabolu hominis victorem non ab a-  
 lio q̄ ab homine vinci fecit, vt ſimile  
 ſimili repararetur) miſericorditer & ſo-  
 lita ſua clemētia homini bene eſſe lar-  
 gitus, cui & eſſe dederat, voluit citra  
 omnem corruptiōm naturā humanam  
 ſibi copulare, vt ipſe qui dederat legē,  
 daret & gratiam, ſed legem per ſeruū  
 miſerat, cū gratia aut ipſe descendit in  
 virginis **MARIE** immaculatum  
 vterum, homo factus, & inter Deum  
 patrem & genus humanū mediator  
 futurus. In quo tanta & tam mirabi-  
 lis facta eſt copula duarū naturarū, hu-  
 manæ & diuinæ, in vna perſona Dei  
 patris filio, vt & verus Deus eſſet ho-  
 mo, & verus homo eſſet Deus. Ipſe eſt  
**IESVS** Chriſtus creator noſter, ſi-  
 mul & redemptor, qui olim per multa  
 ſecula a patriarchis & prophetis ſacro  
 ſpiramine afflatis denunciatus, & pro-

B iij miſſus

## REDEMPŦIO

missus, nouissime aut, & in hac vlti-  
ma mundi ætate conceptus est de Spi-  
ritu sancto, ex Maria virgine natus, a  
pastoribus cognitus, a tribus regibus  
orientalis plagæ adoratus, & in fidei  
& clientelæ signū, auro, thure, & myr-  
ra donatus est. A Simeone sene, An-  
na vidua, & alijs quamplurimis agni-  
tus Deus & prædicatus. A beato Io-  
anne Bap̄tista eius præuio & præcur-  
sore digito demonstratus est, & in lor-  
dane ab eodē baptisatus. Annos tres  
plus minus legem diuinā, & orthodo-  
xam religionē prædicauit, & docuit,  
eamq̄ innumetabilibus miraculis cō-  
firmavit, quam ipse per suos ministros  
nobis fidelissime traditā, obseruandā  
præcepit. Postremo, vt nos redimeret  
& exitu præstaret id, cui⁹ causa in hūc  
modū delapsus erat, sub pontio Pilato  
acerbissimū & ignominiosissimū mor-  
tis genus elegit, nempe cruci inter du-  
os sceleratissimos latrones affigi. Sep-  
ultusq̄ est, & tertia die resurrexit redi-  
uiuus. Et Apostolis præbuit seipsum  
vium

HOMINIS

viuū post passionem suam, in multis  
 argumentis, per dies quadraginta ap-  
 parens eis, & loquēs de regno Dei, Et  
 quadagesimo die a resurrectione, vi-  
 dentibus discipulis, ex monte Oliueti  
 ad cœlestem regiam ascendit, stīpatus  
 magno comitatu patriarcharum & p-  
 phetarum, quos e limbi carcere eduxe-  
 rat. Sedetq; ad dexteram Dei patris  
 omnipotentis, tandem ad iudiciū viuo-  
 rum & mortuorum omnium ( qui tū  
 ad tubæ clangorem, in corpore & ani-  
 ma reuiuifcent ) cum gloria venturus  
 in consummatione seculi igne absu-  
 mendi, & in melius instaurandi. Tū <sup>Iustorum</sup>  
 singulis hominum mercedē mira <sup>et iniusto</sup>  
 quitate tribuet. Iustis quidem æternæ <sup>rū premiā</sup>  
 beatitudinis gloriam, iniquis vero pœ-  
 nas nullum vnquam inuenturas exi-  
 tum.

PROLOGVS IN XII.

Articulos fidei.

**C**Vm per aduentum Sancti spiri-  
 tus, super singulos quosq; aposto-

B v los

ARTICVLI FIDEI,

Ios igneꝝ linguæ sedissent, vt loquelis diuer sis loquerentur, per quod eis nulla gens extranea. nulla linguæ barbaries in accessa videretur, & inuia, præceptum eis a Domino datum hoc, ad predicandū Dei verbum ad singulas quēque proficisci nātionēs. Discessuri itaq; abinuicem, normā sibi prius futuræ prædicariōis in cōmune cōstituerunt, ne forte aliꝝ alio abducti, diuersū aliquid iꝯ qui ad fidem Christi inuitabantur, exponerent.

Omnes itaq; in vno positi, & spiritu sãcto repleti, breue istud futuræ sibi (vt diximus) prædicationis iudiciū in vnum cōferendo quod sentiebat vnusquisq; componunt: atq; hanc credentibus dandam esse regulā statuunt.

Diuiditur aut, & distinguitur hoc Symbolū Apostolorum in duodecim articulos, se cundū numerū duodecim Apostolorū, qui contulerūt credenda quia singuli singulos articulos composuerunt. PETRVS,

**C**REDO in vnum Deum, Patrem  
om̄

ARTICVLI FIDEI.

omnipotentem, creatorē cœli & terræ.

ANDREAS.

Et in IESVM Christum filiū Dei 2  
unicū, Dominum nōstrum.

IOANNES EVANGELISTA.

Qui conceptus est de spiritu sancto, 3  
natus ex Mariā virgine.

IACOBVS MAIOR.

Passus sub Pontio Pilato, crucifixus 4  
mortuus, & sepultus.

THOMAS.

Descendit ad inferna, tertia die resur- 5  
rexit a mortuis.

IACOBVS MINOR.

Ascendit ad cœlos, sedet ad dexterā 6  
Dei patris omnipotentis.

PHILIPPVS

Inde venturus est iudicare viuos, & 7  
mortuos.

BARTHOLOMÆVS.

Credo in spiritum sanctum. 8

MATHÆVS.

Sanctam Ecclesiam catholicam, san- 9  
ctorum communionem.

SIMON.

Remissionem peccatorum. IV. 10

## ARTICVLI FIDEI.

IVDAS THADEVS.

11. Carnis resurrectionem.

MATHIAS.

12. Vitam æternam.

HIS duodecim articulis debem<sup>9</sup> credere purè, syncerè, & extra omnè dubitatiom, ommissa superuacua & inani quarùlibet minutiarù obiectiõe. Sed si occurrent difficultates, debem<sup>9</sup> nos suppliciter submittere credulitati & fidei piorum, & Deũ timentiu sancte matris Ecclesie doctorũ, & antistitũ, necnon sanctorũ & sanctarũ, qui in testimoniũ huius fidei orthodoxe vsque ad mortem fortiter dimicarũ. In hac em̄ exili valle, tantum mō credere possumus scriptis apostolorũ, euangelistarũ, & prophetarũ, non etiã videre & experimento cognoscere, quę ab ijs scripta sunt. Sed locus videndi, intelligendi, & possidendi, quę hic credimus & speramus, est paradisus. Vnde Esaias. Si non credideritis, non intelligetis.

SYM.

# SYMBOLI APOSTOLORVM

Expositio.

Credo in unum Deum, Credo  
in patrem omnipotentem, crea-  
torem cœli & terræ.

15  
PRIMVS  
articulus

**H**IC articulus duo nobis propo-  
nit credenda. Primū est, vnitas  
substantiæ diuinæ, Est em̄ vnus tan-  
tum Deus, quod alius non sit. Ille qui-  
dem sine inicio, sine fine, simplex si-  
ne vlla admistione, inuisibilis, incor-  
poreus, ineffabilis, inæstimabilis, in  
quo nihil adiunctū, nihil creatū est, si-  
ne authore, ipse em̄ est omnino om-  
niū rerum author. Vnusq; est in substā-  
tia, & trin<sup>9</sup> in personis. Non enim idē  
Pater, qui Filius, nec idem Filius, qui  
Pater, nec idem Spiritus sanctus, qui  
Pater & Filius, quoniā tres sunt, Pater  
Filius

## SYMBOLI

Filius, Spiritus sanctus, sed ipsa trinitas in his Deus vnus est. Patri attribuitur omnipotentia, Filio sapientia, Spiritui sancto bonitas.

Tamen omnipotens Pater, omnipotens Filius, omnipotens spiritus sanctus. Sapiens Pater, sapiens filius, sapiens Spiritus sanctus. Bonus Pater bonus Filius, bonus Spiritus sanctus. Secundum est, persona Patris. Patrem cum audis, filij intellige patrem. Hoc, enim nomine quo Deus pater appellatur cum Patre pariter subsistere etiam Filius demonstratur. Non enim est Pater sine Filio, nec Filius sine Patre, qui paternae substantiae est imago, per quem operante Spiritu sancto. Pater creauit caelum & terram, id est, caelos corporeos & totam terrae machinam, & omnia quae in eis sunt, tam corporalia, quam spiritualia, tam visibilia quam inuisibilia. Quod symbolum Nicenum exponit, dicens. Factorem caeli & terrae, visibilem omnium & inuisibilem. Patri adscribitur creatio, sicut & potentia, cum tamen &

EXPOSITIO.

& Filius sit creator, & Spiritus sanctus  
etiam creator. Indivisa enim sunt Trini-  
tatis opera, vnaque est Trinitatis opera-  
tio, sicut vna est substantia, & voluntas  
vna. Sed quia creare, vel creator esse,  
potius sonat potentiam, quam sapien-  
tiam, aut bonitatem. Operatio enim pro-  
greditur a potentia.

Credo in IESVM Christum *secundus*  
filium eius unicū dñm nostrū. *articulus.*

**H**IC articulus respicit personā Fi-  
lij. Filium autē cum audis nolim  
generatiōm carnalis natiuitatis  
intelligas: sed ex Deo patre ab æterno  
genitum filium generatione quidem  
omnem humanū captū excedente. Si-  
cut enim nulla fragilitas cogitatur in eo  
quod cor generat verbum, vel mēs sen-  
sum, vel lux ex se parit splēdorē, quā-  
to purius, & sacratius de horū omnīū  
creatore censendū est? Quia unicū ē  
Patri filius, vt menti sensus, vt cordi  
verbum, vt sapienti sapientia. Unicū *Christus*  
est igitur Dei Patris Filius, non adop- *unicus pa-*  
tione, vt omnes boni Christiani Pa- *tris filius.*  
tri

## SYMBOLI

tri per filium dono Spiritus sancti in filiorum adoptionem nascuntur: non etiam creatione, ut omnes homines tam boni quam mali: sed aeterna naturitate & naturae veritate consubstantialis Dei Patris filius.

Vnicus etiam dominus noster (unicus ad Filium referri, & ad Dominum potest) quia alium non habemus Dominum, ingenita quidem potestate, tametsi nobis sunt domini temporales, concessa a vero Domino potestate. Quod ipse per Salomonem testatur, Per me reges regnant & legum conditores iussa decernunt, Per me principes imperant, & potentes decernunt iusticiam. Non est enim potestas nisi a Deo. Qui pro salute nostra incarnatus, & ex carne natus, & ex naturitate carnis visibilis & passibilis factus est, & IESVS, id est saluator, appellatus, Christusque cognominatus, a chrismate, id est, unctioe, non humana quidem (sicut prius pontifices & reges) sed oleo letitiae, & Spiritu sancto, (qui unctio dicitur) a Patre est unctus.

EXPOSITIO.

vnctus. Actiū 10. Quomodo vnxit  
eum Deus spiritu sancto & virtute.

**C**redo q̄ cōceptus est de Spi<sup>Tertius ar</sup>  
ritu sancto. Credo q̄ natus est <sup>ticulus.</sup>  
ex Maria uirgine.

**Q** Vinctus sequentes articuli sunt  
de humanitate Christi. Quoni-  
am non debebat, nisi homo; &  
condignē satisfacere nemo poterat, ni-  
si Deus: oportuit Deū hominē fieri, q̄  
per immeritam mortē, morti æternæ  
obnoxios resurgendo liberaret: esset-  
q̄ mors vitæ, in salutē omnibus in pec-  
cato Adæ olim mortuis. Ad quod o-  
pus Patrē (qui a nullo est) nullo mō  
missum oportuit, ne ab alio missus es-  
se putaretur, non etiā Spiritū sanctū:  
ne in simplicissima Trinitate duos fi-  
lios vllus cogitaret. Sed filiū missum  
oportuit, qui ab æterno ex Deo Patre  
sine matre genitus, in tempore ex ho-  
mine matre sine patre nasceret: esset-  
q̄ & Deo patri, æterna natiuitate, &  
C homini

## SYMBOLI

hominī matri lege partus vnigenitus  
 filius, Cui in die anunciationis, (cum  
 Maria uerbis angeli consensit, dicens :  
 Ecce ancilla Domini, fiat mihi secun-  
 dum uerbū tuū) vno eodemq; momē-  
 to, de purissimo uirginis Mariæ san-  
 guine, alia quam naturæ lege sacratis-  
 simū corpus operatiōe Spiritus sancti  
 creatum est, simulq; anima omniscia  
 & perfectissima creata, & corpori in-  
 fusa est, cui ineffabilis diuinitas est co-  
 pulata : sic, ut Christus perfectus De-  
 us esset, Deo patrī æqualis & consub-  
 stantialis : & perfectus homo, ut pote  
 habens animā rationalē & humanam  
 carnem, a Spiritu sancto creatā, Quā-  
 uis em̄ filij Dei incarnatio sit opus to-  
 tius Trinitatis, quia quod operatur v-  
 na persona operantur tres personæ  
 (indiuisæ em̄ Trinitatis, indiuisæ sunt  
 opera) Tñ quia ex charitate, bonitate,  
 benignitate, & dono Dei (quæ Spiri-  
 tui sancto attribuuntur) natura hu-  
 mana naturæ diuinæ est copulata. Et  
 quia Deus, inquantū bonus & beni-  
 gnus

## EXPOSITIO

gnus, nostram redemptiōm operatus est, p̄ incarnatiōm Christi : ideo Christi incarnatio peculiariter Spiritui sancto attribuitur, sicut & bonitas. Itaq; vnigenitus Dei patris filius, sicut i die Annūtiatiōis operatiōe Spiritus sancti conceptus, incarnatus, & homo factus, cōcipiēte matrē, seruauit uirginem : sic post nouē menses ex ea sine dolore nascens, ipsius uirginitatē seruauit illæsam. Manet igit̄ MARIA post partū uirgo, & semper uirgo : tāetsi prius a sacerdotibus tradita fuerat Ioseph in desponsatiōm : per quā a carnibus sanctum abscederet, a sponso uirginitas cōprobaretur, & uirginis tā uerecundiæ parceretur, quā fame p̄uideretur. Desponsatio em̄ custodia uirginis erat : & salutis humanæ inimici uirgines obseruantis depulsiō : ne mysteriū incarnatiōis filij Dei ex Maria desponsata Ioseph, posset suspicari. Obseruabat em̄ uirgines, propter prophetiā Esaiæ dicentis. Ecce uirgo cōcipiet, & pariet filiū, & uocabitur nōm

Cij eius

SYMBOLI

elus Emanuel, quod est interpretatū  
Nobiscum Deus.

Quartus  
articulus,

**C**redo q̄ passus est sub Pō-  
tio Pilato, crucifixus, mor-  
tuus & sepultus.

**Q**uoniam (vt prædiximus) nō  
debebat, nisi homo; & cōgrue  
satisfacere nemo poterat, nisi  
Deus, oportuit Christum Deū & ho-  
minem, Deo patri offensum gen<sup>o</sup> hu-  
manum reconciliare, & primi parētis  
offensam grauem, graui quoq̄ suppli-  
cio redimere, Qui carne omnia susti-  
nuit, diuina eius natura impassibili  
perdurante, Illa quidē passibilis ( vt  
nata erat pati ) patiebatur, hæc vero  
impassibilis existens, & passionem nō  
admittens, corpori non cōpatiebatur.  
Igitur in carne patiente, Christus nul-  
lo damno aut iniuria diuinitatis est  
affectus: sed, vt per infirmitatē carnis  
operaretur salutem, diuina natura in  
mortem descendit: non vt lege mor-  
taliū detineretur a morte: sed vt per  
se

EXPOSITIO

se Christus resurrecturus, ianuas mortis aperiret, Velut si quis rex pergat in carcerem, vt ingressus apperiat ianuas, resoluat catenas, vincula, seras & claustra cōminuat, & educat victos in remissionē: & eos qui sedēt in tenebris & in vmbra mortis, luci ac vitæ restituat: dicitur rex fuisse quidem in carcere: non tñ ea cōditiōe, qua fuerant cæteri qui detinebantur in carcere: hi em̄ in carcere detinendi, ille vero carcere detentos liberaturus.

Similitudo.

Christus itaq; mortē accersiuit, mortem deglutiuit, nos æternæ vitæ hæredes effecturus. Et pro nobis mortem (id est peccatorū nostrorū poenā) sine peccato subire dignatus est: vt quēadmodū pro nobis, sine cōmeritis, haberet poenā: sic nos per illum, sine nostris promeritis, haberemus gratiam. Quia sicut nobis non debebatur aliquid boni, ita nec illi aliquid mali. Sed pro ijs indebitā mortem pati voluit, quibus daturus erat vitā indebitam, Passusq; est, carne scilicet, sub Pō

SYMBOLI

tio Pilato ( id est sub potestate Pontif  
Pilati.) estq; crucifixus, mortuus sci  
liger verà morte, per dissolutiõm ani  
me a corpore : diuinitate tñ semper cõ  
iuncta & corpori in sepulchro, & ani  
mæ in limbo. Et sepultus est, nōn tñ  
vt alij homines, corruptus, & in cinerē  
redactus.

Quintus  
articulus.

**C**redo q; descendit ad infer  
na. Credo q; tertia die resurre  
xit a mortuis,

**C**Hristus secundum animã diui  
nitati adnexam ( corpus em̄ in  
terea in sepulchro quiescebat) de  
scendit ad inferna, id est ad limbū, in  
ferni superiorē partē: vbi sancti patres  
saluandi detinebant, quoad usq; debi  
tū primī parentis Christus morte sua  
solueret, eosq; inde educeret.

Credo q; tertia die resurrexit a mor  
tuis, vt per synedochē pars ponatur p  
toto, vt videlicet pars illius diei Para  
scues, quo mortuus est, pro vno die  
computetur, inde dies sabbathi inte  
ger

ger: post quem nox sequēs vsq; ad cre-  
pusculū matutinū diei Dominici quo  
resurrexit, pro die tertio computetur.  
Descensus ad inferos & resurrectio a  
mortuis, in vno articulo cōiunguntur  
in quo totū, quod Christus nobis sua  
morte meruit, explicatur. Animæ em̄  
nostræ redemptio cōpleta est per fra-  
cturā, inferni, in descensu ad inferos  
corporis aut̄ nostri redēptio completa  
est in resurrectione, per gloriam corpo-  
ris. Si em̄ Christus resurrexit, & nos  
resurgemus.

**C**redo q̄ ascendit ad coelos *sextus ar-*  
Credo q̄ sedet ad dexteram Dei *ticulus.*  
patris omnipotentis.

**C**hristus secūndū humanitatē vel  
inquantū homo, nō statim post  
resurrectionē, sed flagranti amo-  
re nostram omniū salutē operans, post  
quadraginta dies quibus apparuit sa-  
pius suis discipulis, ut fidem eorū ro-  
boraret apparitionibus, & probaret eis  
gloriosam resurrectionem sui corporis

C 4 quod

SYMBOLI

quod ipsi suis oculis paulo ante viderant mortuum, ad cœlos, per se, & angelorum quidem ministerio non autē obsequio, ascēdit. Non ubi Dei patris filius ante nō fuerat, quippe qui semper manebat in patre, semperque erat in cœlis ( ubique enim est totus secundū diuinitatem ) sed ubi Dei filius caro factus ante nō fuerat. Sedetque, id est, etiam nunc CHRISTVS in cœlum assumptus, pacifice in gloria & maiestate est, & omnia quiete & pacifice cū patre iudicat, & disponit. In dextera patris, id est, in æterna beatitudine, ubi a seculo sedes ei parata erat.

Septimus  
articulus,

Credo quod inde uenturus est iudicare uiuos & mortuos.

**I**N die iudicij CHRISTVS in carne hūana glorificata, cū maiestate inde ( id est e cœlis, ad quos ascendit ) cum nubibus cœli descendet. Iudicabitque uiuos & mortuos, id est, omnes homines, qui sunt, fuerunt, & erunt, non solum de gestis, sed etiam de cogitatis, red

EXPOSITIO

reddens vnicuique secundum opera  
 sua. Segregabitque oves ab hœdis,  
 id est iustos segregabit ab iniustis  
 iustos quidam in cœlestibus collocas, in  
 iustos vero in profunda inferni ad sēpi  
 ternas pœnas relegans. Quamuis em̄  
 nunquam recedat a filio pater, ad iu  
 dicandos tñ viuos & mortuos, non ipse  
 dicitur sed filius affuturus, quia ibi  
 nec patris nec filij diuinitas, sed illa for  
 ma videbitur filij quam sibi per sacra  
 mentum incarnationis copulauit. Ipsa  
 ergo erit iudex, quæ eoram iudice ste  
 tit, ipsa iudicabit, quæ iudicata est, ut  
 videant impij eius gloriam, in cuius  
 mansuetudinem fremuerunt. Talis er  
 go apparebit iudex, qualis videri pos  
 sit ab eis, quos est coronaturus, ab eis  
 quos damnaturus est. Pater aut̄ non  
 apparebit, quia forma serui non est in  
 dutus, sed filio, qui etiam homo factus  
 est, dedit iudicij potestatem.

Credo in Spiritū sanctum

*Octauus  
 articulus.*

**H**IC articulus tertiam summam  
 Trinitatis personam exprimit,  
 C v Spiriti

SYMBOLI

Spiritū sanctum, qui est persona a p  
 tre & Filio ineffabiliter, & æternaliter  
 æterna processione procedens, patri &  
 filio perfectiōe, virtute, & maiestate p  
 omnia æqualis, ea denique adoratiōe  
 cum ipsis colenda, Et cum sit substan  
 tia vna & simplex, eadem in tempore  
 a patre & filio procedendo ad sanctifi  
 candum animas mittitur, fons vitæ &  
 sanctificationis. Nam sicut vita corpo  
 ris anima est, ita vita animæ Spiritus sã  
 ctus est. Et sicut moritur corpus, si ani  
 ma deserat, ita moritur anima si dese  
 rat Spiritus sanctus.

Nonus ar  
 ticulus. ¶ Credo ecclesiã catholicã esse  
 sanctam Credo sanctorum  
 communionem.

CRedo ecclesiam esse vnam, Deo  
 congregatam, in qua est vna fi  
 des, vnum baptisma, in qua vnus Deus  
 creditur, Pater, Filius, Spūs sanctus.  
 Est autem ecclesia, tota fidelium in  
 CHRISTO per baptisma regenitorū  
 congregatio, cuius CHRISTVS est ca  
 put

## EXPOSITIO

put & optimi quique Christiani, eius membra sunt, inuicem charitatis vinculo coniuncta, Mali etiam eius membra sūt, sed putrida, & per peccata mortua. Quæ ecclesia vnica ē & nō plures sicut vnica fuit arca Noe, in qua tātū salui facti sunt homines a diluuiō, alijs (qui extra arcam Noë erant) aqua diluuij obrutis, sic extra vnā ecclesiam nō est salus. Catholica em̄ est (id est vniuersalis) quia omnes, ut de ea sint, obligantur. Eadē sancta est: non habēs maculam neque rugam, quoniam precioso CHRISTI dilecti sponsi sui sanguine, ab omni peccati inquinamento mundata est. Eadem apostolica est, id est apostolorum prædicatione fundata & stabilita, qui post Christum fuerunt ipsius ecclesiæ architecti & fundatores.

**C**redo sanctorum cōmunionem, id est credo q̄ iusti (Dei indultu & gratia) inuicem cōmunicant, inquātum sunt participes omnium bonorū spiritualiū, que fiunt in vniuersali ecclesia. Psal. 118. Particeps ego sum  
om

SYMBOLI

omnium timentium te, & custodiēti-  
um mandata tua.

Decimus  
articulus.

Credo remissionē peccatorū.

**I**dest credo quod quantūcunq; &  
quotienscunque hō peccauerit, tñ  
per integram contritionem, cōfes-  
sionem, & satisfactionem, ex Dei mise-  
ricordia merebitur in Ecclesia pecca-  
torum veniam. Quādoquidē nulla pec-  
cata infinitam Dei bonitatem vincūt  
quorum n̄merus est finitus, & Dei  
misericordia est infinita. Per hunc ar-  
ticulum vltra pœnitentiæ sacramentū  
etiam alia sex Ecclesię sacramenta pos-  
sunt intelligi, ut sacramentū Baptismi  
Confirmationis, Ordinis, Matrimonij,  
Sacrosanctæ Eucharistiæ, & postre-  
mæ Vnctionis, quoniam ipsa sacramē-  
ta, peccatorum remissionem & gratiæ  
impetrationem, mirifice & efficaciter  
conferunt, rite suscipientibus & quib⁹  
aliunde nullum est impedimentum.

Vndeci-  
mus articulus.

Credo carnis resurrectiōm.

Credo

## SYMBOLI

**C**REDO in fine & cōsumatiōe  
 seculi, corporum resurrectionem  
 non autem animarum, quia in no-  
 vissimo die id tantum resurget, quod p-  
 mortem interierit, Animæ autē huma-  
 næ post mortem corporis manent sup-  
 stites, nec interitum sustinent. Sed so-  
 la hominum corpora sentiunt obitū,  
 & dissolutionem in puluerem, ideoque  
 ea sola resurgent, ad eandem animam  
 quam prius habuerint redeūdo. Et que  
 nunc mortalia & corruptibilia sunt, re-  
 surrectionis gratia immortalitatem &  
 incorruptionem induent: sic ut corru-  
 ptionem nō passura sint vltra, nec mor-  
 tem, nō natura carnis obiecta (semp-  
 em caro erit) sed conditione eius, &  
 qualitate mutata, quia nō erit corrup-  
 tibilis, ut pri⁹, nō solū iustorū, sed etiā  
 iniustorū. Iustorū quidem, nō ut iterū  
 in terra cum pecudibus viuat, sed ut ī  
 cœlo cum Christo & angelis perma-  
 nere possit. Iniustorū vero, nō ut iterū  
 in terra suis voluptatibus indulgeat:  
 sed ut in inferno absque interitu suo,  
 in æternum debitas luat pœnas, Iusti

SYMBOLI EXPOSITIO

Iusti em̄ ad gloriae perpetuitatē, in corporibus sicut sol fulgentibus, resurgēt. Iniusti vero ad confusionis & poenae perpetuitatem, in obscœnis & imūdis corporibus.

Duodecimus articulus.

**C**redo uitam æternam.

**I**dest, credo quod post corporis mortem animæ uiuent immortales. Iustæ quidem in cœlo, peccatrices uero in inferno, añ diem iudicij sine corpore post iudicij diem etiã cum corpore. Nam sicut **CHRISTVS** resurgens ex mortuis, mox ei ultra nō dominabitur, sic omnes resurgent, non iterum morituri. Precipitabit em̄ Dominus mortem in sēpiter nū,

EXPOSITIONIS SYMBOLI

APOSTOLORVM

FINIS.



24  
METHO:  
DI CONFSSIONIS

DE PRÆCEPTIS  
DECALOGI,  
SECUNDA PARS.

Decem præcepta legis,



I vis ad vitam ingredi,  
serua mādara. Math. 19  
Quoniam in decē præ-  
ceptis legis Mosaicæ ois  
reuerentiā diuini cultus  
relucet: nec tamen considerandum est  
quale aut quantum sit quod iubetur,  
sed quantus sit ille qui iubet, & quam  
magna pollicetur mandata eius exe-  
quentibus. Eam obrem optimo cuiq;  
obseruanda sunt Dei præcepta, a qui-  
bus ad implendis si labor deterret, præ-  
mium inuitare debet. Omne em̄ opus  
fieri solet leue, cum eius præmium co-  
gitatur, & spes præmij, solatium est la-  
boris

EXPOSITIO

tis cōsidera quæso magnitudinē præmi-  
 tui, si tñ considerari potest, quod im-  
 mensum est. Post abscessum animæ,  
 post carnis interitū, post fauillas & ci-  
 nerem, in meliorem statū es reparan-  
 dus, corpus tuū terrenū, in cœlū eleuā-  
 dum est. Si hæc seruaueris, angelorum  
 es donandus consortio, regnū accep-  
 turus cœlorū, & in perpetuū cū eo mā-  
 surus, qui hæc tibi obseruanda præ-  
 cepit. Quem igitur laborē durum pu-  
 tabis, cuius tanta sunt præmia? Ut igitur  
 ad vitam ingrediaris, serua man-  
 data, quorum quidem obedientiā in-  
 dulgentissimus ille pater tantū a nobis  
 requirit, pro tantis suis in nos benefi-  
 cijs, sed illa sub æternæ mortis pœna  
 obseruanda precepit. Nihil autē Deus  
 iubet quod sibi proffit, sed illi cui iubet.  
 Ideo verus est Dominus, qui seruo nō  
 indiget, & quo seruus indiget.

PRÆCEPTA DECALOGI.

Vnum crede Deum, ne iures vana per ipsum,  
 Tū Domini venerare diem, venerare parentes,  
 Ne sis occisor, innoxchus, fur, testis iniquus,  
 Nec sponsam alterius, nec res opta ueris vnquam.

DECALOGI.

PRIMUM PRÆCEPTUM.

¶ Dominum Deum tuū adorabis, & illi soli seruiēs. Mat. 4.

**H**oc præcepto præcipitur nobis laetitia, id est seruitus, adoratio, honor, & reuerentia soli Deo exhibenda. Quæ sit corde per fidem, spem & charitatem summam in Deū habitam. Et corpore per adorationem, laudē Dei vocalem, sacrificiū, ieiuniū, & alios gestus cedentes in honorē Dei.

*Firma fides, recti spes conscia, charus amor sit.*  
Per fidē præcipit nobis credere duodecim articulis fidei explicite, & implicite omnibus quibus sancta Ecclesia credit, & habere interiorē mētis deuotionem in Deum, & eius sanctos propter eum. Sed quia fides sine operibus mortua est, sicut & opera sine fide, & fides vera per opera comprobatur, & quia probatio dilectionis, exhibitio est operis. Idcirco præcipitur nobis, Deum adorare & venerari etiā actu ex-

D teriore

EXPOSITIO.

teriore, vt est capitis inclinatio, manu-  
um complofus, genuū flexio, pectoris  
tunfio, laus Dei vocalis, aurīū ad lau-  
dem Dei arrectio, carnis maceratio, &  
similes gestus. Sanctā siquidē & in-  
diuiduā Trinitatem, Iesum Christū,  
sacrosanctam Eucharistiā adoratione  
latriæ venerari iubemur. Virginē  
aūt Mariam honore hyperdulie. Cru-  
cem etiā adorare, & venerari, Ange-  
los vero, & maxime angelum nostræ  
custodiæ designatum, sanctos, sanctas  
eorum reliquias & templa, honore du-  
liā honorare iubemur.

*Imagines non per se adorāde.* Hic notandū, quod non adoramus  
imagines per se, sed honor, reuerencia  
& adoratio exhibetur Deo, aut sancto  
cuius est imago. Neq; etiā sancti sic a  
nobis sunt adorandi & honorandi, vt  
in eis præcipuam spem & cōfidentiā  
collochemus, & plusquam in Deū. Ve-  
rum a nobis orandi & honorādi sunt,  
tanquā amici & filij Dei per gratiam,  
eiusq; hæredes, & tanquā aduocati &  
intercessores nostri apud Deum, om-  
nium bonorū largitorē. Per

DECALOGI

¶ Per spem præcipitur nobis in Deo *Spes.*  
 firmiter confidere, q̄ ex sua misericor  
 dia & gratia intercedentibus nostris  
 operibus bonis, æterna beatitudine  
 nos donabit.

¶ Per charitatem præcipitur nobis *Charitas.*  
 Deum super om̄ia diligere, sic vt nul  
 lam creaturam plus quam Deū diliga  
 mus, propter quam Dei amorē & gra  
 tiam perdere velimus. Immensus em̄  
 Deus sine mensura debet amari præ  
 fertim a nobis, quos sic amauit, sic sal  
 uauit, pro quibus tot & tanta fecit,  
 Igitur Deus a nobis amari debet ex  
 toto corde, ex tota anima, ex tota mēte  
 totū namq; hominē exigit, qui totū ho  
 minem fecit,

¶ Ex toto corde Deum diligere, est  
 non abduci blanditijs, non seduci fal  
 lacijs, non frangi iniurijs, sed integre  
 Deum sic diligere ex toto corde, vt ad  
 nullius rei dilectiōm cor magis ferat,  
 quā ad Deū, nec delectetur in aliqua  
 re magis, quam in Deo. Non em̄ Deū  
 ex toto corde diligit, qui aliquid cum  
 D ñ Deo

EXPOSITIO

Deo diligit, quod propter se, & non propter Deum diligit.

¶ Ex tota anima Deū diligere, est ita fideliter Deum diligere vt malimus animam nostrā separari a corpore, quā a Deo, quæ dilectio, omnia grauiā & difficilia facit leuiā & facilia, Ideo sancti martyres omnia tormentorū genera, tanquā dulciā, non solū patienter, sed etiam hilariter præ ardenti amore sustinebant. Et sancti patres in desertis præ huius amoris ingenti ardore, in ieiunio, fletu & planctu, saporem, delectatiōm & dulcedinē magnā sentiebant, vtentes pro alimento herbis & arborū corticib⁹, sicco pane & aqua frigida, terra pro lecto, lapide pro ceruicali, & cilicio pro vestimento. Qui enim huius amoris gustu inebriatus fuerit, ad omne opus bonum hilarescit, dolet & non sentit, laborat & nō lassatur, deridetur nec aduertit. Constans enim & perfectus est ille amor vt (si necesse fuerit) homo pro amore illius moriatur, qui pro eius amore, placide, ac benigne mori dignatus est, Ex

DECALOGI.

**¶** Ex tota mente Deū diligere: est totam memoriā applicari in cōmemoratione beneficiorū a Deo acceptorum.

**¶** Peccat in fidem.

Non credens, dubitans, scrutans fidei abdita Christum

Ore negans, tentans, nec adorans, foribus vtens.

**¶** Peccat in spem.

De bonitate Dei desperans, fretus eadem,  
Audacter peccans, proprijs confisus in actis.

**¶** Peccat in charitatem.

Postponēs in amore Deum, mundiq; timore  
Iussa Dei violans, seruansq; timore gehennæ.

**¶** Peccant contra hoc præceptum in fidem. *In fidelitas*

**¶** Hæretici, idolatræ, Turcæ, Iudei, schismatici: & quicunq; orthodoxam fidem nostrā corde, ore, & opere non profitentur.

**¶** Qui decē præcepta legis, & duodecim articulos fidei negligūt addiscere. Tenetur em̄ vnusquisq; ad fidē, quam pro eo in baptismo sanctę eccle-

EXPOSITIO

siæ sponponderunt lustrici parētes: nec debet ei administrari venerabile sacramentū Eucharistiæ, donec ea didicerit.

**¶** Qui in ijs, quæ ad fidei necessitatē spectant, ab Ecclesia dissentiūt, pertinaciter credendo oppositum.

**¶** Qui in fide errant, credentes se recte sentire, mordicus tenendo atq; asserendo errorem suum.

*Dūbitatio  
in fide.*

**¶** Qui non plane credunt articulis fidei paradiso, inferno, purgatorio, sacrosanctæ Eucharistiæ, aut alijs ecclesiæ sacramētis. Dubius em̄ in fide, infidelis est. Augustinus, Non te terreat o Christiane, q̄ credita differuntur, licet em̄ in abscondito sit promissio, in spe tñ perseveret oratio, exerce operibus, cresce virtutibus, dum fidei constantia probatur. gloria retributiōis augetur. Et alibi. Laus fidei est, nō visa credere: præmiū erit, creditorum adoptione gaudere.

*Scrutatio  
fidei.*

**¶** Qui præsumptuose fidei articulos scrutantur, aut de fide disputāt, de fidei veritate dubitando. Debent em̄ simplices

DECALOGI

simplices explicitè in symbolo Apostolico contentis credere, pure, sincere, & citra omnē dubitaciōm. Implicitè autē & in genere, assentiri, & credere omnibus quibus credit sancta Ecclesia, sic vt nulli articulo explicitè dissentiant. Quæ omnia maiores explicitè profitentur & credunt, inquantū adhærent scripturæ diuinæ.

**¶** Qui in fide nihil credere volūt, nisi quod possit eis ratione liquida demonstrari. Quod hominū genus meritum fidei perdit. Gregorius, Fides nō habet meritū, vbi humana ratio præbet experimentū. Nemo em̄ fidem per rationes potest perscrutari.

*Negatio  
fidei.*

**¶** Qui fidem ore negāt, licet corde teneant, quomō peccauit Petrus, quādo quidem optimo cuiq; Christiano tāta debet esse cōstantia, vt prius auferratur vita quam fides, Augustinus. Fides officiū a nobis exigit & cordis &

**¶** Qui a Deo aut sanctis ex- (linguē petunt miracula, aut volunt eos miraculose sibi succurrere, cum alia via sibi subuenire possint.

*Tentatio  
Dei.*

D iiii Qui

## EXPOSITIO

**¶** Qui cū pauperes sint, aut valetudinarij, aut male affecto corpore, aut in quavis necessitate cōstituti, diuitias, sanitatem, a periculo immunitatē, Deum aut eius sanctos ita precantur, vt si non adīpiscantur, murmurent, quasi Deus non esset iustus, bonus atq; misericors. Nec mirū (inquit Gregorius) si postulātes a dño tarde audimur, qui præcipientē dñm aut tarde aut nūquā audimus: & quid mirū si N. in p̄ce sua citius est auditus, qui in præceptis suis Dñm citius audiuit? Procurreret igit̄ vnusquisq; quantū pōt naturali industria medelā, non tētando Deū: reliquūq; quod humanū captū excedit, diuinæ providentiæ cōmittat, quæ ipsi largietur, quod est cōmodissimū. Sape em̄ paupertas, afflictio, & aduersa valetudo, si non corpori, animæ tñ plerunq; sunt vtilissimæ. Et (inquit Hieronymus) Deus plerunq; nō tribuit nobis quod volumus, vt tribuat nobis quod malemus.

irreuerē-  
tia Dei.

**¶** Qui Deo & sanctis debitū honorem

DECALOGI

rem & reuerentiã non impendūt: aut horū reliquijs & imaginibus irreuerentiã faciunt.

**C** Qui indignè sacrosanctam Eucharistiam sumunt,

**✠** Qui corã Eucharistia & reliquijs sanctorū ac cruce domini, aut in tēplis & locis diuino cultui dedicatis irreuerenter se habent.

**✠** Sortilegi, incantatores, magici, sōniorum interpretes, cæteriq; artibus a lege diuina prohibitis vtentes. *Magia.*

**C** Qui horū hominū vtuntur adminiculo, ad sanitatem aut rem perditã recuperandam,

**C** Peccant in spem.

**✠** Qui ex tentatiōe dæmonis, pusillanimitate, aut alia quauis naturali infirmitate, desperant seu nō sperāt consequi futuram beatitudinem. *Desperatio.*

**✠** Qui peccata sua grauiora putāt, quã vt mereantur veniã, aut Deus velit possitue eos venia donare, eã ob rē i suis peccatis vitã suã finire volēn.

**C** Qui peccata peccatis accumulanti

D v & vt

## EXPOSITIO

& vt peccatis vacent liberius, eniti nolunt vt peccatorū suorū remissiōm cōsequantur.

**¶** Qui præsentiē vitam fastidiunt, q̄ non om̄ia pro voto sibi succedāt, aut q̄ nō sint in tanto honore tantiq̄ diuitijs, in quātis alios versari audiūt: & eā obrē seip̄os negligūt, & mēte deiecti, appetūt se nunquā fuisse natos, aut de medio tolli quacunc̄q; morte in quocūq; statu. Qui autē ex desyderio cœlestis patriæ & Dei amore, præsentiē vitā fastidiunt, cōsiderando quam dulce sit, quā suauē, quā vtilē videre Deum, eo frui, sanctorū angelorū agmibus interesse, ad quæ omnia obtinēda sunt creati. Vicissim cōsiderando quanta sit mentis obscuritas ignorare creatorē suū, quā graue periculū, quanta impuritas, quanta instabilitas cordis, quāta ingrātudo, cū tot & tanta ab eo acceperint beneficia: illi quidē ex hoc fastidio merentur, sicut & Paulus, quādo dicebat. Cupio dissolui, & esse cum Christo. Istud em̄ fastidiū sanctū est: nō ex

non ex conscientia peccatrice exortū,  
sed ex operante charitate, non impati-  
enter habitū, sed ex desyderio susce-  
ptum. Hic notandū est, desperationē  
peccatis grauissimis longe esse graui-  
orem. Prima em̄ salus, est declinare  
culpam, Secūda, eius nō desperare ve-  
niā: quā qui desperat, aditū sibi obstru-  
it ad consequendā Dei misericordiam  
peccata sua eidē cōparando. Quid em̄  
aliud est desperare, quā Deū peccatis  
suis cōparare? Nā qui de Deo nō spe-  
rat veniā, nō animaduertit Dei clemē-  
tiā pl<sup>o</sup> posse, quā sua peccata, nec sum-  
mi boni bonitatē maiorē esse, quā sua  
nequitia. Itaq; ille solus desperet, qui  
tē peccare potest, quantum Deus bo-  
nus est, quod cū fieri nō possit, qui ti-  
met de se malo, cōfidat de Deo meli-  
ore. Non em̄ potuit tānta peccata cō-  
mittere, etiā si ea om̄ia cōmīssisset quae  
ab origine mundi sunt cōmissa, quin  
ea Deus possit remittere. Eorū em̄ nu-  
merus est finitus, misericordia autē dei  
& bonitas est infinita, igitur per eā pos-  
sunt

EXPOSITIO

sunt remitti. Hoc ampli<sup>9</sup>, minima greta pretiosi sanguinis Domini nostri Iesu Christi, in passiōe p nobis diffusis, præponderat omnibus peccatis quæ fuerunt ab origine mundi.

*præsum-  
ptio de mi-  
sericordia  
Dei.*

**¶** Qui in suis peccatis perseverant, sperantes eorū veniā consequi sine pœnitentia, aut æternā gloriā sine meritis.

**¶** Qui audacter peccant, dicentes, se a Deo creatos nō vt damnati essent. Illi verū quidē dicūt. Deus em̄ in hoc hominē creauit, vt eum sola gloria & beatitudine participet, ad quam p baptismū peculiariter Christianos vocat. Sed multi sunt vocati, pauci vero electi: & qui verax est in promittendo, etiam verax est in minando. Et qm̄ fides sine operibus mortua est, nemo potest sine opere bono & meritorio vitā æternam consequi, dicitur em̄. Si vis ad vitam ingredi, serua mandata.

**¶** Qui vitæ suæ emendationem proferūt in senectutē vsq; aut mortis articulū, sperantes tū vitæ retro actæ pœnitentiā agere, dicentesq; cōtri,

DECALOGI

contritiōm tū sufficere ad salutē. Ita quod  
dem esse non inficior : sed tam breui  
temporis momēto, cum mors vrget,  
pœna terret, vix & raro, iusta & ad sa-  
lutem sufficiens tot peccatorū agitur  
pœnitentia, Præterea forsitan morte  
repētina, & impræmediata opprimēt:  
quia ( vt ait Gregorius ) Qui nō vult  
ad Deum cōverti, cū poterit: iustū est,  
vt infligatur ei non posse, cū voluerit.

**¶** Qui merita sua tanta putant, vt p  
ijs Deus debeat eos a tribulationibus  
immunes præstare, & vita æterna do-  
nare, sola virtute ppriorum meritorū.  
Ad cœlestis em̄ Ierusalem nō ascen-  
dunt cōsortiū: nisi qui toto corde pro-  
fidentur, nō pprii operis sed diuini esse  
muneris, quod ascendunt. Nam bonis  
quidem operibus debetur merces, si fi-  
ant: sed gratia quæ non debetur, præ-  
cedit vt fiant.

*Præsūptio  
de nostris  
meritis.*

**¶** Peccant in charitatem.

**¶** Qui se suosq; plus amant, quā De-  
um, quisquis em̄ seipsum, non Deum  
amat, ille non se amat: & quisquis Deū  
non

*Amor tē-  
poraliū.*

## EXPOSITIO

non seipsum amat, ille se amat, qui enim non potest viuere de se, moritur utique amando se. Cū ergo ille diligitur, de quo uiuitur, se non diligendo, magis se diligit: qui propterea se non diligit, ut eum de quo uiuit, diligit.

**¶** Qui propter aliquod lucrū temporale cōsequendū: ut fit in emendo, vel vendendo quicquā. Aut ppter aliquā delectatiōem: ut fit scortando, & crapulando, Aut ppter mūdānos honores: ut fit superbiendo, & inaniter gloriādo: faciūt contra Dei, præcepta, amorē dei aspernantes. Quandoquidē id genus hominū nō amat deum super omnia: sed præponit mūdum mūdanasue delicias, Deo optimo maximo.

Qui quia nos ita dilexit, ut de cœlestibus gaudijs in nostræ miseriæ & infirmitatis participatiōem descenderet: & qui erat omniū summus, fieret omniū infimus: carnem nostrā mortālē indueret, mortemque turpissimā & crudelissimam pro nobis miseris volūtariē sustineret, & nobis offensum patrem placaret

DE CALOGI

placaret, Idcirco in amore responden-  
tes, eundem plus quā nos mundanaq;  
omnia, redamare debemus. Augusti-  
nus, Deus homo factus est, igitur qd  
facturus est homo, propter quem Dei  
us factus est homo?

**¶** Qui tam inordinate afficiūtur er-  
ga hunc mūdum, seu ad permanēdū  
in vita præsens seculi, vt in ea perpetuo  
permanere vellent, si possent, de su-  
perna felicitate nihil curātes. Qui em̄  
voluerit esse amicus huius seculi, ini-  
micus Dei constituetur. Augustinus.  
Christiano recte gaudendi causa non  
præsens seculum est, sed futurū est, ita  
est vtendū temporalibus, ne obliant æ-  
ternis, vt in via qua peregrini ambu-  
lant, hoc placeat quod ducit ad patriā.  
Mundi em̄ amor & Dei, pariter in v-  
no corde cohabitare nō possunt, quē-  
admodum oculi cœlum & terram ne-  
quaquam respiciunt.

**¶** Qui Deo seruiūt, nō quidē ppter  
se, sed ppter bona, quæ inde ab eo as-  
sequi sperant, Hoc em̄ affectu & de-  
syderio

## EXPOSITIO

fyderio colendus est Deus, vt sui cult<sup>9</sup> ipse sit merces. Nam qui deū ideo colit, vt aliud magis quā ipsum promereatur, non Deum colit, sed illud quod assequi concupiscit.

Timor  
mūd.anus.

**T** Qui timore alicuius ( vt serui propter dominos, discipuli propter præceptores ) Dei præceptis obedire omitunt, eius amorem negligentes : & sic creaturā vilem pretiosissimo creatori præponūt. Ad om̄e em̄ opus bonum ( inquit Augustinus ) amor ducit, & timor Dei, ad omne peccatū amor ducit, & timor mundi, Vt ergo apprehēdatur bonū, & declinetur malū, discernendū est, quid diligī debeat, & quid

**¶** Qui peccata quidem fugiunt, non ex Dei charitate, sed tantū ad vitandū damnū quod incurrerent ex tali peccato, aut ad laudem humanam acquirendam.

**T** Qui irrisorum, aut oblocutorū v̄ba formidantes, debita diuino cultui exequi verentur. Nemo em̄ fabulis & irrisionibus insipiētū & infidelīū terri

DECALOGI

teri debet, quo minus ea quæ legis sūt,  
faciat: non em̄ eum de gehennæ igni-  
bus hominū fabulæ poterūt liberare  
vel risus: sed Christi timor atq; iusticia

¶ Qui cum teneatur & debeāt Chri-  
stum insequi, & eius doctrinā: id tamē  
erubescūt, aut eius nomen proferre, &  
prædicare verentur.

¶ Qui Deum timent, & reuerentur  
eiusq; mandata seruāt, solo timore pœ-  
narum infernaliū peccatis debitarum  
sic vt si cessaret peccatorū vindicta, ad  
sua reuerterentur peccata. Sunt em̄  
( inquit Augustinus ) quos peccasse  
pœnitet, propter præsentia supplicia:  
licet displicent latroni peccata, quan-  
do agitur de pœna: sed si desit vindi-  
cta, reuertitur ad crimina. Ista est pœ-  
nitentia non ex fide pcedens, nec est  
charitate munita: sed sterilis, & sine  
misericordia, Hæc nō purgat consciē-  
tiam, nec lauat crimina: ī hac nulla est  
spes veniæ, nulla expectatio indulgē-  
tiæ, Oportet igitur vt timorē illū ser-  
uilem cōuertant in filialem: & post ti-

*Timor  
seruilis.*

E morem

morem, consurgant ad charitatē Dei  
quasi filij: quorū est timere offensam  
patris, ne semper sub timore iaceant,  
quasi serui. Tunc em̄ suæ ad Deum  
cōuersionis ostendunt amorē, si eū vt  
patrem diligunt, quē prius seruili mē-  
te vt dñm formidabant. Arbitriū em̄  
libertatē querit Deus, non necessitatē:  
charitatem fidelem, non timorē serui-  
lem. Nec solum oportet eū timere tan-  
quam iudicē, sed etiā diligere tanquā  
patrem. Cuius charitate quisquis a pec-  
cato continet, horrescit omne malum,  
amplectendo iusticiæ bonū: nec eum  
delectat peccatum, etiā si eius permu-  
tatur impunitas: libera em̄ semper est  
seruitus apud Deum, cui nō necessi-  
tas seruit, sed charitas. Qui vero sola  
pœna supplicij ī se vitia reprimit, quā-  
uis non expleat opus peccati, tamen  
viuit in eo voluntas peccandi, doletq;  
sibi illicitum, quod lex vetare dignos-  
citur, & vult non esse quod metuat, vt  
audacter illicita commitat.

DECALOGI

Deus super  
om̄ia est di-  
ligendus :  
quia

Summe bonusest.  
Prior dilexit nos.  
Pater noster est.  
Prouidet nobis.  
Redemit nos.  
In Eucharistia nobis est  
præsens.  
Promittit præmiũ in-  
cogitabile.

SECUNDVM PRÆ-  
ceptum.

☉ Non assumes nomen Domi-  
ni Dei tui in uanum.

**H**OC præcepto vetatur om̄nis fal-  
sa, inordinata, temeraria & incō-  
siderata diuini nominis assum-  
ptio, vt fit blasphemando: vetatur etiã  
omne iusiurandũ sine causa legitima,  
siue fiat per Deũ, per sanctos, per cru-  
cem, per sanctũ Euangeliũ, per fidem,  
per animam, per caput, siue per alias  
creaturas. Nam in omnibus his nõ iu-  
ratur nisi per Deum, qui sanctos san-

E ij cti

EXPOSITIO

ificauit, pro nobis in cruce pepēdit.  
Euangeliū & fidem dedit: obligasq;  
animam & caput tuū pœnē a Deo in-  
fligendā.

*Iurabis verum reuerenter quando necesse est,*

*Iurando peccas, si tria defuerint.*

**I**n iureiurando tria debent inesse,  
Veritas, Reuerentia diuino nomini,  
Necessitas. Non omnino iusiurandū  
est vetitum, licet em̄ veritatem iureiu-  
rando asserere, cum timore & reueren-  
tia Dei, quem in testimoniū vocamus,  
idē duntaxat quando utilitas nostra  
aut pximi id exigit. In certis em̄ reb?  
& nullius aut saltem modicæ utilitatis  
nō omnino est iurandū. Iureiurando  
em̄ nobis vtendū est tanquā medicina  
quæ non nisi in necessitate accipitur.  
Debet igitur esse sermo noster, etiam,  
etiam, non, non.

**C**ontra hoc præceptum sic  
peccatur.

*Peiero, blasphemio, voueo male, vota q; frango,*

*Ex leuitate, Dei nomine sepe uoco.*

Peccant

DECALOGI

**¶** Peccant cōtra hoc præceptū,

**¶** Qui per iocū id quod falsum est, *Periurū.*  
iureiurando cōfirmant.

**¶** Qui falsum, aut quod falsum esse credunt iureiurando asseuerant. Tales em̄ nomen Dei aut sanctorū ad falsitatis confirmatiōem assumūt, dū falsitatis, aut deceptionis diuinā veritatē inuocant testem, aut eius sanctos. Iurare em̄ per Deū, aut sanctos, est Deū, aut sanctos, testes inuocare.

**¶** Qui aliquid adhibito iureiurando asseuerant de quo tamen dubitant, tãetsi postmodum cognoscunt, quod id verum fuit. Tales em̄ se exponunt discrimini.

**¶** Qui adhibito iureiurãdo alteri aliquid promittunt, nō habentes volūtatem standi promissis.

**¶** Qui adhibito iureiurando alteri aliquid promittunt, nō habentes volūtatem promittendi, aut se obligãdi, & ideo quodam verborū fūco utuntur.

Isidorus, quacunque arte verborū q̄sq̄  
iuret

EXPOSITIO

Iuret, Deus tñ qui conscientiaē testis est  
ita hoc accipit, sicut ille cui iuratur in

**¶** Qui promittūt, quicquā ( telligit  
alteri, animo quidem adimplēdi pmissum,  
sed tñ id postea absque causa excusante  
nō adimplent, quo tēpore p̄iurium  
admittunt .

**¶** Qui iurant se quicquā mali facturōs,  
siue minando, siue alio quo uis mō  
Peierant em̄, siue id quod animo cōceperint  
efficiant, siue nō, quia adplicāt iurisdūm  
in eo, in quo omnino est peierandū.  
Dicitur em̄, in malis p̄missis rescinde  
fidē, & in turpi voto muta decretum,

**¶** Qui iurant se omissoiros opus piū  
ad quod etiā nō obligantur, ut qui iurant  
se nunquā ingressuros religionē nunquam  
charitatis obsequium alteri exhibituros,  
alterum nunquā adiutores, & similia,  
Nam licet nō teneantur ad illud bonū,  
tenentur tñ non ponere obicē Spiritui  
sancto. Iurisdūm em̄ adplicat ad  
materiam nō obligabilē cum vis & effectus  
iurisdūm, sit obligare

DECALOGI

obligare ad faciendū.

¶ Qui ex industria aliquē ad periu-  
rium compellunt.

¶ Qui per falsos deos iurant. *Blasphemia.*

¶ Qui Deo attribuunt, quod ei non  
cōuenit, ut q̄ Deū dicūt iniustū, immi-  
sericordē.

¶ Qui negant aliquid, quod Deo cō-  
uenit, ut qui Deū negant curare mor-  
talia.

¶ Qui attribuunt creaturæ, quod so-  
li Deo cōuenit, ut qui diabolo & for-  
tunæ potentatum omnium rerū & domi-  
niū attribuunt.

¶ Qui Deo mēbra attribuūt, quæ in  
quantū Deus est nō habet: ut qui iurāt  
p̄ ventrem Dei, & similia membra.

¶ Qui Deo & sanctis male precātur  
eaqueq; Deo & sanctis inesse nō possūt  
ut qui vellent Deū nō esse iustū. Sicut  
em̄ palato nō sano pœna est cibus, qui  
suauis est, & oculis ægris odiosa lux,  
qua incolumis gaudet obtuitus, ita dis-  
plicet iniquis iustitia Dei cui si se subij-  
cerent, nō cōturbarentur.

E 4 qui

E X P O S I T I O .

**¶** Qui Deo & sanctis iniuria in irrogant.

**¶** Qui vouent committere aliquod opus mortale, ut occidere, aut mutilare aliquem. Materia enim voti, est solummodo opus bonum Deo acceptum.

**¶** Qui vouent aliquid contra diuina consilia, puta non ingredi religionem, non dare eleemosynam. Quod votum non est licitum, promittitur enim Deo, quod ei non placet.

**¶** Qui vouent rem quidem licitam, sed propter malum finem, & ut desiderium illiciti fiant copotes, faciunt enim Deum auctorem & patronum sui criminis.

*Votum illicitum.*

**¶** Qui vouent vota indiscreta, stulta, irrationabilia, ut qui vouent non peccare caput, aut non lauare faciem, & similia. Votum enim esse debet de re discreta & rationabili, iuxta illud Pauli, Rationabile sit obsequium nostrum.

*Votorum fractio.*

**¶** Qui vota sua Deo non reddunt tempore debito, dumtaxat si ea sint de opere bono, & quod prestare possint, quia si votum sit de opere mortali, seruandum

non

DECALOGI

non est, imo peccatur illud exequēdo  
Itaq; vnusquisq; semel atq; iterum co-  
gitet, quæ voueat, & quæ vouendo p-  
toluat, qui seipsum vouet Deo, seipsū  
reddat Deo, hoc exigitur, hoc debetur  
imago Cæsaris, reddatur Cæsari, ima-  
go Dei, reddatur Deo. Hic notandū  
vota rationabili de causa posse ab Ec-  
clesia mutari, aut cū vouente dispelari

**¶** Qui de rebus etiam certis iurant,  
quando iniuratis crederetur.

**¶** Qui de industria, sine causa legiti-  
ma & necessaria, aut ex peruersa cōsue-  
tudine, inclinatione, aut leuitate idēti-  
dem in ore habent, per Deū per s̄ctos  
per crucem, & similia. Quod peccatū  
est valde periculofum, quia facile in p-  
iurium hō sic labitur. Hieronymus,  
Mētiri vero atq; iurare ligua tua p̄r̄s,  
ignoret, tantusq; in te sit veritatis aōr  
vt quicquid dixeris, iuratum putes. Isi-  
dorus. Non est contra Dei præceptū  
iurare, sed dum vsum iurandi facim⁹,  
periurij crimē incurrimus, Nunquam  
ergo iuret, qui peierare timet, nā quē-

*In cōfide-  
rata diuini  
nominis as-  
sumptio.*

EXPOSITIO

admodū in multi loquio nō deest pec-  
catum, sic in frequentī iureiurando nō  
deest periurium. Ideo dicit Ecclesia-  
stes, Iuratiōi nō assuescat os tuū, multi  
em̄ casus in illa.

**¶** Qui iurant, nō cōsiderantes iuran-  
dum sit, nec ne, & quid inde euenire  
possit, etiam si ne causa rationabilis &  
necessaria, Vnde in ira & cōuiuijs, ali-  
isq; locis voluptatis, periculosū est iura-  
re, quia ibi minus consueuit hō delibe-

**¶** Qui irreuerenter iurāt nullā (rare,  
diuino nomini reuerentiam exhibētes,  
Iurare em̄ per Deū, est Deū testem in-  
uocare. Vñ inter iurandū, nomini di-  
uino habenda est summa reuerentia  
vt pote cū nominetur, & in testem ad-  
ducatur Deus, omni terreno dño ma-  
gis honoradus.

**¶** Qui alios adigunt sacramento, &  
iurare cogunt, vbi iureiurando opus  
non est.

TERTIVM PRAE

CEPTVM.

*Memento, ut diem Sabbathi sanctifices.* Hoc

DECALOGI

**H**OC est, sanctum & feriatum  
 habeas, cessando ab omni opere  
 seruili. Hoc præcepto precipie  
 batur Iudæis in lege Mosaica uiuen-  
 tibus, singulari quadam veneratione  
 die septima Sabbathum obseruare.

Quia cū sex diebus fecisset Deus cœlū  
 & terram, mare & omnia quæ in eis  
 sunt: requieuit, id est cessauit die sep-  
 timo, nihil em̄ vterius fecit nouū, cu-  
 ius non fecisset prius similem creaturā  
 in specie, Operatur em̄ quotidie, crea-  
 ta conseruando & gubernando. In le-  
 ge autem gratiæ non sanctificamus  
 sabbathum, sed diem sequentem, id est  
 Dominicum, in quo Dominus noster  
 Iesus Christus resurrexit. Hominem  
 enim (quī terrenus creatus erat) die  
 resurrectionis per nouam creationem  
 cœlestem creauit. Igitur hoc præcepto  
 diei Domini nobis præcipitur sancti-  
 ficatio, necnon aliarum solennitatum  
 quas sancta mater nostra Ecclesia insti-  
 tuit.

*Ne fac opus, sacrumq; audi, tua crimina plange  
 Dilige corde Deum. digne sic festa coluntur.*

EXPOSITIO

Sanctificantur dies festi, quando diuino cultui applicantur, etsi his diebus rei diuinae vacamus, & Deum super omnia diligimus, sanctum audiendo, & a seruilibus operibus abstinendo. Male enim celebrat sabbathum, qui ab operibus bonis vacat. Vtile quoque esset, his diebus festis conscientiam discutere de peccatis commissis a Deo veniam petere, reducere in memoriam beneficia sibi a Deo collata, mortem, infernum, purgatorium, paradysum, Iesu Christi passionem sibi ob mentis oculos praeponere & eo maxime tempore a peccato se continere. Verum enim sabbathum (inquit Augustinus) Christianus obseruat, abstinens se ab omni opere seruilis id est, a peccato, quoniam qui facit peccatum, seruus est peccati.

Contra hoc praeceptum sic peccatur.

Quicquid operor vetitum, fieri quod debet ommitto.

Et sacra non veneror, festumque impertio ludis. peccat

DECALOGI

Peccant contra hoc præceptum.

Qui festis diebus faciunt opus serui- *Opus ser- uile.*  
 le solis seruis, ppriū, vt arare, fodere, &  
 similia, pietatis tamen, aut necessitatis,  
 aut paruitatis ratione aliqua pmittūtur  
 vt ciborum decoctio, medicinæ præpa-  
 ratio, mortuorū sepultura, emptio aut  
 venditio rei modicæ, modicum tēporis  
 in id occupando, quibus in veteri Lege  
 die sabbathi interdicebatur, quia pri-  
 die sabbathi præueniri solebat. Opa  
 em̄ suo genere libera, cuiusmodi sunt  
 artiū liberalium exercitiā, disserrere,  
 studere, pulsare instrumēta musica, e-  
 tiām festis diebus permissa sunt: Nec  
 non opera liberis & seruis cōmunia:  
 cuiusmodi sunt peregre pficisci, curā  
 sui agere, & similia.

¶ Qui seruis, & subditis suis opera  
 seruilia operari præcipiunt.

¶ Qui diebus festis rem sacram non *Omissio cul- tus diuini.*  
 audiunt.

¶ Qui in festo Paschæ non confiten-  
 tur, aut sacrosanctam Eucharistiā non  
 recipiunt, quæ etiam contra præcepta  
 Ecclesiæ

EXPOSITIO

Ecclesiae dici possunt.

¶ Qui diuinum officium nō dicunt  
ad quod tamen tenentur.

*Irreuerē-*  
*tia sacro-*  
*rum.* ¶ Qui sacrificiū irreuerēter audiūt  
cōfabulantes aut aliud inhonestum  
agentes, aut sine sufficienti reuerentia  
se exhibent in sacramēto Eucharistiae

¶ Qui locū sacrum, id est cœmeteriū  
aut templum violant, & polluunt, ibi-  
dem exercendo vetita, aut ibi furando  
& rapiendo.

*Ludi.* ¶ Qui ludendo, iocando, otiose huc  
& illuc vagando spectaculis intētendo  
vane, inhoneste & p̄fusa diem festum  
consumunt quo tempore rei diuinæ  
deberent vacare.

¶ Qui diebus festis cauponas, sphe-  
risteria aut alia turpiora loca impudē-  
ter frequentant.

¶ QVARTVM PRÆ  
CEPTVM.

Honora patrem tuum, & matrē  
tuam ut sis longæuus super  
terram.

**H**oc præcepto præcipitur nobis reuerentia, obedientia, & subuentione parentum. Reuerentia quæ eos amando, eis bona operando, pro eis orando & sedulo cauendo, ne dicto aut factò eos offendamus, eis assurgendo, & honorem exhibendo, Obedientia autem, eis morem gerendo in omnibus, quæ ad bonos mores pertinent & ad utilitatem rei familiaris: exëplo Domini nostri IESU Christi totius uirtutis exëplarìs, Mariæ matri & Ioseph propter Mariam se semper morigerum præstitit.

Subuentio uero: eos cõsolando, & necessaria eis ministrando. Quod si fecerimus, præmiũ promittitur nobis, lōgitudō vitæ naturalis, si nobis prodest ad salutem, & ad cõmodũ maius. Quia diu bene beateque uiuere, Dei est magnũ beneficiũ: sicut e contrario diu in peccatis uiuere, magnum damnũ est quia diu in peccatis uiuentes peius damnantur.

Promittitur præterea lōgitudō vitæ  
gra

EXPOSITIO

gratiæ in præfenti vita, quæ naturali  
vita maior est: & lōgitudō uitæ gloriæ  
in futuro seculo, quæ est maxima.

Pater autem, qui hoc præcepto ho-  
norari præcipitur, est multiplex.

Pater cœlestis, animæ & corporis  
author

Pater carnalis, vt vterque parēs pa-  
tria consanguinei, & affines,

Pater spiritualis: vt sūmus pontifex,  
episcopus, curio, confessarius noster,  
& presbyteri.

Pater potestatis & curæ vt rex, prin-  
ceps, doinus temporalis, tutor, deniq;  
omnis superior,

Christus, vterq; parens, prælatus, rex-  
q; patres sunt.

Quos venerare, quibus morem gere,  
quosq; iuuato.

¶ Contra hoc præceptum

sic peccatur.

*Non veneror, non morigeror, non adiuuo patrē.*

¶ Peccant contra hoc præceptū

Irreuerē-  
tia.

¶ Qui parentes non honorant, eis  
assurgendo

DECALOGI

Assurgendo, aut caput aperiendo coram eis.

Qui parentes & consanguineos debiles aut pauperes negligūt, & irrident, Qui duris verbis parentibus suis bilē mouent, Hieronymus. Nemo patrem asperis lædat verbis.

**E** Qui parentum mortem optāt ex eorū odio, vel honoris & hæreditatis Qui prælatis, principibus (appetitu. & dominis temporalibus, breuiterq; omnibus in dignitate constitutis debitum honorē, reuerentiā, & subiectionem, verbo & opere non exhibent, Qui ijs detrahunt, eorumq; famā denigrant, quod plerumq; fit in spectaculis & ludis publicis.

Qui parentibus suis non obediūt, in ijs quæ pertinent ad bonos mores. *Inobedi-*

Alioqui em̄ parentibus irreuetentiam *entia.* nō exhiberent, si eos a præceptis vel cōsilijs diuinis auocare vellent. Velut si filiū diuini amoris spiritu tractū, ab ingressu religionis vellent deterrere.

Hieronymus. Licet in limine pater iaceat

F

ceat

## EXPOSITIO

reat, per calcatū perge parentē, siccis oculis ad vexillū crucis euola, solū pietatis genus est, in hac re esse crudelē.

Qui parentibus non obediūt in communibus mādatīs, & ijs quæ pertinet ad vtilitatem rei familiaris. Filius em̄ quo ad domesticā gubernatiōm & morū institutiōm, subiicitur patri.

Qui praelatorum & dominorū temporalium praecepta cōtemnūt, in ijs in quibus obedire tenentur.

Qui ijs sunt rebelles.

Qui parentibus pauperibus & egenis necessaria pro viribus nō ministrant.

*Ingratitudo.*

Chrysostomus. Docet nos Christus vsq; ad vltimam respiratiōm parentū diligentiam habere, quia em̄ alijs mulieribus astantibus nihil dixit, docet nos plus aliquid impendere parētibus.

Qui eos consolari negligunt.

Qui parentibus defunctis, per suffragia & orationes non subueniunt,

Qui praelatis, curionibus, & dominis temporalibus, decimas & debita stipēdia subtrahunt.

Violent

DECALOGI.

Violentas manus in parentem immit-  
tere, quamuis ad sequens præceptum  
pertineat, tñ per hoc præceptum est cir-  
cūstantia aggrauans.

Peccant etiã contra hoc præceptũ pa-  
tres & omnes superiores, qui subditis  
suis iubēt ea quę nō debeāt cōpleri.

Qui sibi commissis exempla bene vi-  
uendi exterius non præbent &c. Apo-  
stolus em̄ qui præcepit, Filij obedite  
parentibus per omnia: hoc em̄ placitũ  
est in Dño, mox subiunxit, Patres no-  
lite ad indignatiõem puocare filios ve-  
stros. Sed quia hæc ad pueros (quibus  
hec potissimũ scribimus) nihil perti-  
nent, ideo paucis meminisse sufficiat.

Obiter admonendũ duximus, ple-  
rosq; parentes adeo misere liberos su-  
os amare, vt pro ijs ditandis & locuple-  
tandis, æternã sibi acquirãt dãnatiõem  
& ijsdem liberis plerunque eiusdẽ eter-  
nẽ damnationis sint authores. Qui pa-  
rentes corpus quidẽ filiorũ suorũ amãt  
animã aut cõtemnũt: desyderant em̄  
illos valere in seculo isto, & non curant

F ij quid

EXPOSITIO

quid sint passuri in illo. Alij patres militias filijs prouident, alij honores, & nemo filijs suis prouidet Deum, perditionem illorum magno pretio comparat, salutem autem illorum ne dono quidem accipere volunt. Si viderint illos pauperes, tristantur & suspirant, si autem viderint illos peccantes nemo tristatur vt ostendant, quod corporum parces sunt non animarum.

QVINTVM PRÆ-

ceptum.

☉ Non occides.

**H**OC præcepto homicidium nominatim vetatur, implicite autem omne nocumentum, quo anime aut corpori proximi nocere possumus, vt sunt omnis percussio etiam citra mortem & sanguinis effusionem, malevolentia, odium, ira, & similia, Hoc autem præcepto non omnis occisio vetatur, sed tantum iniusta hominum occisio, iniustumque hominum nocumentum. Potest enim publica, siue iudex reipublice

DECALOGI

reipublicæ vicarius, in fontes animadu-  
uertere, & vita aut membro viuo pri-  
uare. Pater etiam in liberos, & præcep-  
tor in discipulos potestatem quidem  
habent, sed eam imperfectam: nēpe  
duntaxat infligendī leuiores pœnas,  
& quæ nō inferunt irrecuperabile nõ  
cumentum.

**C** Contra hoc præceptum sic  
peccatur.

*Ostido, mutilo, cupio male, non iuuo egenum*

*Iratum mihi non placo, me sponte, periculis,*

*Patrandi scelus expono, seduco sodales.*

*Scandala do cuiquam, peccantem nõ reprehendo.*

**C** Peccant cõtra hoc præceptũ, Homici-  
dium.

**✎** Qui sibi ipsius vim afferunt, & mor-  
tis causas accerunt. Ostiditur enim  
homo cõtra charitatem sui ipsius, & cõ-  
tra iustitiam: cõ nullus sit iudex sui ip-  
sius, nec pprie vitæ dominus: n ullusq;  
præterquã Deus & Respublica, habe-  
at potestatem priuandī aliquem vita,  
aut membro viuo.

F iij Qui

EXPOSITIO

**C** Qui volūt alterū iniuste occidere.

**C** Qui alterum occidunt cōpulsī necessitate, euitabili tamen: vt qui occidunt suos aggressores, cum fugiendo aut aliorum auxilium implorando, ex eorum manibus euadere possent.

**C** Qui procurant abortum.

**C** Qui sibi abbreviant vitam, & accelerant mortem, dando operam rei in utili & illicite: vt fieri solet per nimiam crapulam, & venereim immoderatam.

**C** Qui iubent alterum iniuste occidi.

**C** Qui suadent, & cōsiliū dāt ad iniustā hominis occisionē, aut alio quouis modo alienæ mortis sunt authores. Digni enim sunt morre, nō solū qui ea faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus.

*Mutilatio.* **C** Qui membro aliquo se truncant: nisi ex necessitate sanitatis, abscissionē membri exposcentis, id fiat.

**C** Qui alterum iniuste verberāt, vulnerant, aut alio quouis modo lædunt.

**C** Qui iubent, suadent, vel auxilium dant, vt iniusta læsio pximo inferatur.

Qui

DECALOGI

✠ Qui ex odio pximi eidem mortē <sup>Maleuolē</sup>  
 mutilatiōm, aut æternā damnatiōm <sup>tiā.</sup>  
 desiderāt. Quod genus hominum di-  
 gnum se efficit, vt mala quæ alijs optat  
 Deus ipsi infligat.

☞ Qui gaudent audita aliena calamit-  
 tate, aut audita felicitate dolent.

☞ Qui alteri ex odio male consulunt

✠ Qui orant Deum vt inimicos pos-  
 sint vlcisci.

☞ Qui negligunt p viribus a morteli <sup>Omissio sub</sup>  
 berare hominem, quem noscunt posi- <sup>uentiōis</sup>  
 tum in extrema necessitate & piculo  
 vitæ: vt,

☞ Qui non pascunt fame morientē.  
 Ambrosius: Pasce fame morientem;  
 quia si non pascis, occidis.

☞ Qui non adcurrunt ad auxilium  
 pximi inuasi, dum id cōmode face-  
 re possunt,

✠ Qui scientes cōspiraciones in alie-  
 nam mortem aut læsionem, tamen re-  
 uelando aut cōiuratos retrahendo, nō  
 pudent aut phibent p viribus, ne ta-  
 lis iniuria pximo inferatur.

EXPOSITIO

*omissione* **¶** Qui ab eo veniā petere dedignā-  
*contulati-* tur, quem læserunt, dum locus est recō-  
*onis fra-* ciliandæ a micitiæ eius, quē vident ni-  
*terns.* mia ira, aut affectione odij in se cōmo-

tum: quia si alteri iniuriam fecerūt, & ei iniuste causa & occasio odij fuerūt, pximo ab ipsis læso p illata iniuria satisfacere debent, veniā suppliciter petendo, aut coram ipso sese humiliando aut charitatis obsequia ipsi præstando

**¶** Qui poscentibus veniā, parcere reculant.

**¶** Qui malum p malo reddūt, quod longe alienum est a precepto Christi. Orate p calumniantibus & persecutibus vos quibus de rebus plerunq; oriuntur rixæ, cōtumeliæ, & homicidia ideo ea reduximus ad hoc præceptum

**¶** Huc reduci possunt homicidia spiritualia ueluti,

*vltroneū* **¶** Qui faciunt cōtra cōscientiam, &  
*peccandi* quod peccatum putant, aut opus du-  
*periculū.* bium an sit peccatum, necne. In quo ipso voluntas exorbitat a recta ratiōe &

DECALOGI

& diuino amore ipsa em̄ mauult opus  
illud cum dubio incurrēdi transgres-  
sionē diuini præcepti, quam abstinere  
ab opere illocum certitudine non er-  
rādī: ac per hoc anima suūpsius est ho-  
micida, & ad gehennā ædificat.

Qui eunt ad locum, siue societatem,  
vbi sciunt esse periculū peccandi pro-  
pter aspectum, suasiones, commodita-  
tes, aut aliquid simile.

Qui bonæ indolis iuuenēs ad malum *Seductio.*  
applicant, & eorū bonos mores corrū-  
punt: cuiusmodi homines dæmonib.  
verissime assimilantur: animarum em̄  
damnatiōm insidijs suis pcurant, pro  
quarū salute Christus sanguinē suum  
fudit: & mēbra Christi, mēbra nituntē  
efficere diaboli, tanquā ipsius Christi  
inimici & cōtrarij. Bernard⁹. Si Chri-  
stus ppriū sanguinē dedit in precium  
redemptiōis animarū, non tibi videt  
grauiorē ab eo sustinere persecutiōm,  
qui suggestionē maligna, exēplo per-  
nicioso, scandali occasione, auertit ab  
eo animas quas redemit, quam a Iu-

EXPOSITIO

deo, qui sanguinem illum fudit? Vici-  
 cissim maximū sacrificiū Deo est, ze-  
 lus animarū. Maius em̄ (inquit Gre-  
 gorius) est miraculū, prædicatiōis ver-  
 bo atq; oratiōis solatio peccatorē con-  
 uertere: quam mortuū suscitare: in isto  
 em̄ resuscitatur caro iterū moritura, in  
 illo vero anima inaternū victura.

Qui volentē bene beateq; viuere, aut  
 opus bonum facere, impediūt.

Qui alios malis moribus imbuūt, aut  
 peruersam doctrinā docent, vt sunt he-  
 retici.

Qui pietati & religioni addictos, suis  
 irrisiōibus aut hortatibus a recta via  
 in deteriorē tentant auocare. Hiero-  
 nymus. Quibusdā nō sufficit, quod p-  
 pria nolunt lugere peccata, adhuc in-  
 super eos qui lugere videntur, irridēt:  
 & in subsannatiōe habent, quos imi-  
 tari deberent.

*Scandalū.*

Qui verbo aut facto inordinato aliū  
 tentant ad peccandum inducere, &  
 est speciale peccatum,

Qui cōmittunt peccatū, aut aliquid  
 quod

DECALOGI

quod peccati speciem habet: vnde alijs  
præbetur malū exemplū, & peccandi  
occafio, tãetsi ruinae spiritalis volun-  
tatem non habent: cū aut præuident,  
aut præuidere debent, alios inde fibi  
sumpturos malum exemplū.

*Omissio*

Qui pximū delinquentē nō admonēt *correctiois*  
verbo, vt eum a peccato auocent. Ca-  
stigatio em̄ ad solū prælatū, & potesta-  
te præditum pertinet. Admonitio ve-  
ro, ad omnes: quando scilicet aliquis  
morte peccati detentus, pbabiliter cre-  
ditur admonitione & correctiōe libe-  
randus, Quia si a peccato alioqui re-  
surrecturus creditur, vt homo consciē-  
tiæ suæ scrutator: aut si per admoni-  
tiōm deterior euasurus creditur, tunc  
ad correctionem fraternā nō tenemur.  
Qui potestate præditi, subditos suos  
punire factis, & increpare dictis negli-  
gunt. Patres em̄, qui filios delinquentes  
nō puniūt, ijs peccādi denuo sunt cau-  
sa: & corporū quidem parētes sunt, sed  
animarū interfectores. Prouerb. 13.  
Qui parcit virgæ, odit filiū, Et 23. Noli

EXPOSITIO

Noli subtrahere disciplinā a puero, si eū pcusseris eū virga, non morietur: tu virga percuties eū, & animam eius de inferno liberabis,

¶ Animaduertendo in alterū  
sic peccari potest.

*Corripio infontem, vel fontem plus minus equo,  
Pro meritis plectens stomachor, vel derogo iuri.*

¶ Animaduertentes in alterū  
quatuor modis peccare possunt.

Si infontem hominē quem talem no-  
uerint, supplicio curant affligendū.

Si in hominē fontē quidē & supplicio  
dignū animaduertūt, sed grauius quā  
p delicto, Aut minus quā decet, ita vt  
nocens non pertimescat recidere in idē  
peccatum,

Si in hominē fontē quidem iusto sup-  
plicio, & seruato iuris ordine animad-  
uertunt, sed nō animo iusto & beneuo-  
lo, imo appetitu vindictæ, & alieni ma-  
li, vetita eū est omnis passio iræ, ma-  
xime animaduertendo in alterum, de-  
bent eū dolere vicem & peccatū eius  
in quē

DE CALOGI

in quem animaduertūt, quod ī ira fieri non potest, sed ea voluntate alterum corripere debent, qua pater filiū parvulū quem odisse nō potest.

Si in hominē fontem quidē, & iusto animaduertūt supplicio, nō tñ seruato iuris ordine, vt si puniendī legittimam non habeant potestatē, aut si indictā causā, aut tempore, loco, modo, nō debitis puniant.

¶ S E X T V M P R A E -  
ceptum.

¶ Non moechaberis.

**H**Oc præcepto nominatim vetat adulteriū. Implicite etiā omnis illicitus cōcubitus extra matrimoniū, & omnis illicitus & inordinat⁹ siue etiam innaturalis vsus, vel contactus membrorū, qui fit ad pcurationē & causa experiendæ veneræ delectatiōis. Vbi cōtingit aliquādo peccata fieri grauissima, & a quibus maxime cauendū est, ppter quæ duę vrbes Sodomā & Gōmorra cū omnibus incolis

## EXPOSITIO

lis, & regione circūfacente, in abyssum  
 corruerūt, quibus peccatis, quia aliqui  
 hominū inquinati erant, Iesus Chri-  
 stus Dei filius (ex sententia diui Au-  
 gustini) multo tempore distulit diui-  
 uitati suæ naturā humanā copulare,  
 & incarnatione sua illustrare, vt pote  
 quæ tam grauissimis peccatis esset in-  
 quinata, Vnde eadē nocte, qua Chri-  
 stus natus est, quotquot ijs grauissimis  
 peccatis per vniuersum mūdū inqui-  
 nati erāt, subitanea morte extincti sunt,  
 vt pote Deo ex virgine nato ea pecca-  
 ta vsq; adeo execrante, vt ex omnibus  
 peccatis ea maxime in natura huma-  
 na posthac nollet inueniri, quam assu-  
 mendo, & diuinæ suę puritati vniēdo  
 tātōpere illustraret. Vñ vnusquisq; de-  
 bet circa ista valde aduertere, ne com-  
 mittat aliquid carnale, in quo cōscien-  
 tia eius remordeat, & naturaliter eru-  
 bescat, aut recta ratio dicteret inesse tur-  
 pitudinem, quam non auderet palam  
 facere aut diuulgare.  
 De speciebus & causis luxurię, in pec-  
 catis capitalibus dicemus. SEP

DECALOGI  
S E P T I M V M P R Æ  
ceptum,

¶ Non furtum facies.

**H**oc præcepto vetatur rem alie-  
nã, aut vsum rei alienã, vi, frau-  
de, aut inuito dño retinere, sic vt  
domino hoc cognoscenti displiceret.  
Breuiterq; quouis modo in temporalibus  
bonis alteri damnũ inferre. Est em̄  
cõtra charitatẽ pximi, cui damnũ in-  
fertur. In quo peccati genere vera &  
sufficiens pœnitentia haberi non põt,  
nisi adsit propositum restituendi abla-  
tum pro viribus.

Contra hoc præceptum sic  
peccatur.

*Fœnero, vi rapio, furor, rebus fero damnum,  
Inuentum non restituo, cum fraude pacifcor.*

Peccant cõtra hoc præceptum.

¶ Qui alteri peccuniã mutuãt, & ra-  
tione mutui exigũt lucrũ temporale i  
pecunia, aut alia re quæ potest pecu-  
nia æstimari, Augustinus, O homo  
quid

*Vsura.*

E X P O S I T I O

quid fœneraris hominī? fœnerare deo  
 vsuras, scilicet ei in pauperib, suis sub-  
 ueniendo, & centuplū accipies, & vitā  
 æternam possidebis. Et idcirco nimis  
 es ingratus, quī ad tales vsuras nō vis  
 cōmodare Deo, ad quales mutuares  
 Iudæo vel Saraceno.

Qui mutuāt quidem absq; lucri con-  
 uentiōe, sed tñ ea spe, vt ex mutuo ali-  
 quod lucrū tāquam vi mutui debitū,  
 recipiant, & sine qua spe pximo suo  
 non mutuarent. Obiter admonendū  
 duximus, vsurarios teneri ad restitu-  
 tionem vsuræ & damni per vsuras px-  
 imo illati. Mutuū aut ad vsurā acci-  
 pere, ex se rationē peccatī non habet,  
 nisi absq; rationabili causa quis subeat  
 hoc dānī alterius vtatur iniquitate.

*Rapina.* ¶ Qui iniuste rem alienā auferunt  
 violenter. Augustinus. Si in ignem  
 mittitur qui non dedit rem propriam,  
 vbi putas mittendus erit, qui inuasit a-  
 lienā? si cum diabolo ardet qui nudū  
 non vestiuit, vbi putas arsurus est qui  
 expoliāuit? quid recipiet qui aliena tu-

lit

DECALOGI

lit, si semper ardebit qui sua non de-  
dit? Gregorius, Hinc ergo colligē-  
dum est, quāta damnatione plectendi  
sunt, qui rapiunt aliena: si tanta ani-  
maduersione feriūtur, qui sua indiscre-  
te tenuerunt. Perpendant, quo eos ob-  
liget reatu res rapta, si tali subiicit pœ-  
næ non tradita. Perpendant, quid me-  
rebitur iniusticia illata, si tanta percus-  
sione digna est pietas non impensa.

Qui retinent mercedem alijs debitam  
seu pecuniam quam debent.

Qui noua vectigalia non pro reipu-  
blicæ utilitate, sed pro bono alicuius  
peculiari imponunt, aut vt imponan-  
tur, consulunt.

Qui rem alienam alteri iniuste auferūt *Furtum.*  
eo ignorante & inuito, sic vtei id co-  
gnoscenti displiceret.

Qui pecunias a parentibus ad neces-  
saria emēda datas sumptuose & in re-  
bus vanis consumunt.

Qui monetam adulterinā, & res ma-  
las pro bonis ex industria alijs dant:  
tametsi ab alijs ad eos sic perueuerunt.

G

SI

EXPOSITIO

*Damnū.* Si em̄ ab alijs decepti sunt, non protinus alios decipere debent.

Qui aut occulte, aut manifeste rē alienam destruūt, & corrūpunt, tamen de ea re nihil apud eos manet.

Qui huiusmodi damnū iniuste illatū, non refarciunt p̄ viribus.

Qui alijs operam suam locantes, fideliter non operantur: tenentur em̄ tales ad damni restitutiōm, breuiterq; alij omnes, qui aliō quocuis modo iniuste alteri damnū inferunt.

*Inuenti reiētio.* Qui rem alienā inuentā, quæ non habetur pro derelicta, accipiunt animo retinendi pro se, & tanquam suā detinent. Augustinus. Quod inuenisti, & non reddidisti, rapuisti. Si em̄ Dominus scitur, aut adhibita diligentia inuenitur, ei debet reddi, si aut̄ Dominus non inuenitur, quia forsitan viatori cecidit, pauperibus debet erogari.

*Cōtract⁹ dolosus.* Qui vendunt aut emunt cum fraude aut circa pretiū, aut circa rem, aut circa pondus, aut circa numerū, aut circa mensuram,

Qui

DECALOGI

50

Qui cum alijs faciunt contractus illicitos & in damnū pximi vrgentes, q̄s qui faciunt optime norunt, & ideo nō sunt eorum admonendi.

¶ De restitutione.

Fur actorue mali, sortem damnūq; refundat.  
Iussio, consilium, consensus, lausq; recursus,  
Participans, mutus, non obstans, non manifestans.

¶ Ad restitutionem tenētur.

Qui iniustam actiōm per se exercet *Actor.*  
siue hoc faciat sua sponte, siue ex præcepto sui domini, cum sciat iniusticiā, siue pro lucro proprio, siue p̄ alieno.

Qui iniustam actiōm fieri præcipit, *Iussio.*  
& qui habet ratiōm principalis causæ mouentis suo imperio ad patrandum actionem iniustam.

Qui dat cōsiliū efficax ad perpetrandam actiōm iniustam, & causa est directe mouens suo consilio ad illā, vel sine quonon fuisset patrata illa actio *cōsiliū.*

Qui suo consensu tota (iniusta- *cōsensus.*  
causa aut cū alijs causa est iniuste actionis ex cuius consensu tota res pendet.

Qui iniustam laudat actionem, & *Laus.*

EXPOSITIO

specie boni excusāt, dicēdo, Sic oportet domare stultos, & similia: duntaxat si ea adulatio causa est illius actionis in-

*Recurfus.* ¶ Qui iniuste agentis accē- (iuste, ptator est, & refugium. Est enim hui⁹ modi complexus causa iniustæ actio- nis, quia præbet securitatem iniuste agendi, facitq; vt homo in actionibus iniustis perseueret: dum facit se patro- num iniquitatis, iniquo homini in sua iniquitate præstando patrociniū.

*Participās* Qui particeps est iniustæ actionis: siue vt socius, siue vt mediator, siue vt explorator, siue alio quouis modo.

*Mutus.* ¶ Qui cum possit, & ex officio tenea- tur reprehendere iniuste actionis acto- rem, & ei eādē prohibēdo impedire ne damnum proximo inferatur, tamē tacet, nec impedit iniustam illam actio- nem, quam potest, & ex officio tenetur impedire. Illius enim causa est.

*Nō obstās* ¶ Qui cum possit, & ex officio debeat præbere auxilium impeditiuum actio- nis iniuste, id tamen negligit. Exempli gratia: dominus tēporalis, qui non ob- stat latrocinij, & alijs expilationibus quæ,

DECALOGI

quæ fiunt in sua terra, & cuius est custos, tenetur ad restitutionem damni illi

**¶** Quicum possit, & ex officio Clari *Non manifestans.* debeat manifestare proximo inuasionem vel ante vel post factum, sic ut manifestando impedire posset, ne tale damnum proximo inferretur, nihilominus non manifestat, tenetur ad restitutionem damni quod proximus patitur ex illius non manifestatione: inquantum illa non manifestatio est causa vel iniuste actionis, vel iniuste detentionis rei alienæ.

OCTAVVM PRÆ-  
ceptum,

Non loquaris contra proximum tuum falsum testimonium.

**H**OC præcepto nominatim vetatur omne mendacium perniciosum: siue dum uocaris ad testimonium ferendum, siue extra iudicium in vulgari & communi locutione. Implicitè etiam omnia peccata ad locutionem pertinentia, quibus saltem inferatur nocumentum proximo: ut sunt detractiones, calumniæ, irrisiones, & huius

EXPOSITIO

**Proxim<sup>9</sup>** modi, Proximus aut est omni homini  
**quis sit.** omnis homo: nihilque est tam proximum  
 quam homo & homo enim. Attendamus  
 Adam & Heuam, iam omnes fratres sumus.  
 Quod si fratres sumus, secundum quod homines  
 sumus, quanto magis secundum quod Christiani  
 sumus, quibus vnus est pater IESVS Christus, & vna  
 mater sancta Ecclesia.

**Contra hoc Præceptum**  
 sic peccatur.

*Accuso false, derideo, detraho, diras  
 Imprecor, & mecum male indico, concito rixas,  
 Assentor, simulo, mea sunt mendacia damno.*

**Peccant contra hoc præceptum:**

**Calūnia.** **Qui** mala voluntate, aut sine sufficientis  
 causæ apparentia, alteri falsum crimen intendunt.  
 In quo peccato peccari potest ex parte iudicis, ex parte  
 accusatoris, ex parte rei, ex parte causidici,  
 ex parte cognitoris ipsius causæ.

**Qui** etiam veri criminis (oculti tamen)  
 sine sufficienti necessitate & causa rationabili alterum  
 palam accusat

aut

DECALOGI

aut reuelant, nō seruato ordine diuini iuris.

¶ Qui alteri<sup>9</sup> bona opera & beneficia, conantur ostendere mala, aut fecte facta, vt eum hypocritam ostendāt, aut aliorum ipsi concilient inuidiam.

¶ Qui i iudicio ad interrogata cū dolo malo respondent.

¶ Qui rei cum sint, fateri verum nolunt in casu, in quo tenentur veritatē

¶ Qui verbis, aut cachinnis, (fateri *Derisio.* aut natio corrugato alios irrident, aut gestus & corporis habitus figmento illudunt: quod peccatum tanto est grauius, quanto maior debetur reuerentia ijs qui irridentur,

¶ Qui beneficium quod in alterum contulerunt tempore indigentie, eidem coram multis exprobrant, in dispendium honoris eius.

¶ Qui animo inferendi iniuriam, aliquid criminofum, aut animæ corporisve vitium exprobrant.

Qui etiā sine animo inferendi iniuriā ea dicunt, si pximo ea iniuria damno est.

## EXPOSITIO

**Detractio.** ¶ Qui absentis famam denigrāt, voluntate famam lædendi: siue fiat dicēdo verum, siue falsum, siue asserendo, siue referendo, siue addendo, siue minuendo, siue interpretando, siue alio quouis modo: & tales tenentur ad restitutionem famæ si illa detractio importat infamiam. Auferunt enim homini famam, quod melius bonū est, quā diuitiæ multæ. Vnde Hieronymus contra detractores: Si vis me corrigere delinquentem, aperte increpa: tantum ne occulte mordeas. Quid enim mihi prodest, si alijs mala mea referas: si me nesciente, peccatis meis imo detractionibus tuis aliū vulneres, & certati omnibus narres: si sigulis loquaris quasi nulli alteri dixeris Hoc em̄ nō est emēdare me, sed vitio tuo satisfacere.

¶ Qui ex loquacitate, & nō animo alterius famam lædendi, aliena peccata cōmemorāt, nō tam grauiter peccāt

¶ Qui ex voluptate, quam in audiēda pximi infamia percipiunt, delatoribus aures arrigunt, Bernardus: Por

DECALOGI

Porro detrahere, an detrahentem au-  
dire quid horum damnabilius sit, non  
facile dixerim. Hieronymus: Si hila-  
ri vultu audias detrahentē, tu illi das  
fomitē detrahendi: si vero tristi vul-  
tu hac audias, discit non libenter di-  
cere, quod didicerit nō libenter audiri

**¶** Qui non defendunt famam pximi  
iniuste diffamati, quando & possunt  
& debent, & ppter ea laesa est pximi  
fama. Homini enim Christiano parū  
esse debet inimicitias aliorum nō exci-  
tare, vel augere male loquēdo, nisi eti-  
am eas extinguere studeat bene loquē.

**¶** Qui sibiipsis detrahunt, & se (do *Maledictio*  
iplos diffamant.

**¶** Qui aut sibi, aut alijs diras iprecāt

**¶** Qui alijs damnū animæ, corporis  
famæ aut honorum precantur. Hęc  
em̄ charitati proximi contraria sunt.

**¶** Qui aut suæ, aut alterius natiuita-  
tis diem maledicunt: detestādo homi-  
nem natum, volentesq; aut male natū,  
aut nō natum,

**¶** Qui verba turpia, vt nomen caco-  
demonis

## EXPOSITIO

demonis, aut similia identidem in ore  
habent ex consuetudine.

**¶** Qui creaturis irrationabilibus ma-  
ledicunt, quia alterius res sunt: vt qui  
agro alicuius sterilitatem imprecantur  
aut mortem eius pecudibus.

*Temerari-  
um iudicium.*

**¶** Qui aliorum dicta aut facta sine  
causa sufficienti in peiorem partē ac-  
cipiunt, & interpretantur. Bernard.  
Cauē alienæ cōuersatiōis esse, aut cu-  
riosus explorator, aut temerari⁹ iudex.  
Etiam si perperam actū quid deprehē-  
deris, ne sic quidem iudices pximum  
magis aut excusa. Excusa intencionē  
si opus non potes: puta ignora ntiam  
puta surreptionem, puta casū. Quod  
si omnem omnino dissimulationē rei  
certitudo recusat, suade nihilominus  
ipse tibi, & dicito apud temetipsum,  
Vehemens fuit nimis tentatio. Quid  
de me illa fecisset, si accepisset in me si-  
militer potestatem?

**¶** Qui, sine sufficienti certitudine iu-  
dicant, pximum de animo seu volun-  
tate. Nemo em̄ debet diffinitiuē asserere  
re etiā in corde suo quod nescit,

DECALOGI

quando sufficientibus coniecturis res non liquet. Vnde qui cōscientiæ suæ negligens est perscrutator, alienæ solet esse curiosus explorator. De occultis enim cordis alieni temere iudicare, peccatum est, etem̄ cuius non vident nisi bona opera, iniquum est ex suspitione reprehendere, cum eorum, quæ homini sunt incognita, solus Deus iudex sit, qui iustus est & inspector verus.

**¶** Qui verbis rixosis alios ad iracundiam prouocant. *Suffragatio.*

**¶** Qui inter aliquos inimicitias cōciliant, aut eas fouent.

**¶** Qui laudāt aliquē de opere, quod est peccatum mortale. *Adulatio.* Quod peccatū est valde graue, hinc enim mentes hominū facile corrupūtur, & ad ea quæ laudantur (quamuis criminosa) accēduntur & assuescunt, adeo vt nō solū mala non desināt haberi ut turpia, sed etiā habeātur ut bona, & laude, honore, ac præmio digna, quo quid peris?

**¶** Qui laudant aliquem adulando, ut noceant eius corpori vel animæ.

Qui

E X P O S I T I O

**¶** Qui laudando alterum, ei fiūt occasio peccati mortalis, vt pote vanę glorię, iactantię, &c. Hieronymus. Adulatores vt inimicos caue quorū sermones super oleum molles, & ipsi sūt iacula, corrumpunt fictis laudibus leues animas, & male credulis mētibus blandum vulnus infigunt.

*simulatio* **¶** Qui factis, scriptis, nutibus, signis & alijs actibus exterioribus, simulant id esse quod nō est, vt solent hypocritę per simulatiōem em̄ homo mentitur facto, sicut per mendacium mentitur verbo. Ambrosius, Cauete fratres mēdaciū, quia omnes qui amāt mēdaciū filij sunt diaboli, nō solū in falsis verbis sed etiam in simulatis operibus mendacium est.

*Mendaciū perniciosū* **¶** Qui pmissis nō stant, duntaxat licitis, decipitur em̄ pximus, cui facta est promissio.

**¶** Qui mentiuntur, vt animę pximi nocumentum afferant, veluti qui voluntate fallendi asserunt aliquid falsum cōtrarium fidei catholice, aut sacre

DECALOGI.

facræ scripturæ, aut bonis & Christianis moribus, Et hæc est prima species mendaciÿ perniciosi.

☞ Qui mentiuntur, volentes tantū modo alteri iniuste nocere in corpore in rebus, in fama, & sic mendacium nulli pdest, & alteri nocet, Et hæc est secunda species.

☞ Qui mentiuntur, volētes pximo in bonis suis damnum inferre, sed sibi aut alteri pdesse, vt faciunt mercatores & calumniatores. Et hæc est tertia species. Quæ tres species mendaciÿ perniciosi mortales sunt, quia os quod mentitur, occidit animam.

☞ Summopere cauendum est omne mendacium. Quamuis em̄ nonnūq̄ sit aliquod mēdaciÿ genus culpæ leuioris, vt si quis p omnium mētiatur salute, tamen difficilia & laboriosa sunt figmenta mendaciÿ: qui aut verū vult dicere, nō laborat, quietiores em̄ sunt boni, quam mali, & absolutiora sunt verba veracium, quam cōmenta mēdaciÿ. Gregorius, Nihil est ad defendē

dendū

EXPOSITIO

defendendum puritate tutius, nihil ad  
dicendum veritate facilius. Nam dū  
mendax falsitatem suā tueri cogitur,  
duro cor labore fatigatur. Idem, Qui  
amici esse veritatis potuerunt sine labo-  
re, vt peccent laborant, cumq; viuere  
simpliciter renuunt, laboribus exigūt  
vt moriantur.

NONVM PRÆCE-  
ptum.

Non cōcupisces uxorem proxi-  
mi tui,

Sexto præcepto vetitum est opus  
Scarnale, voluntas ex qua exterius  
oritur libidinis opus. At ne quis  
putaret plenum & perfectum deside-  
rium rei venereæ non esse peccatum,  
nisi in actionem exteriorem prumpat  
Idcirco hoc præcepto nominatim veta-  
tur alienæ vxoris cōcupiscentia, impli-  
cite etiam omnia illicita desideria car-  
nalia. Multi em̄ corpore casti sunt, q  
voluntate adulterium cōmiserunt, &  
volun

## DECALOGI

voluntas sine opere peccat frequenter,  
 quando videlicet aliunde interuenit ali-  
 quod impedimentum impediens, quo-  
 minus voluntas in actionem exterior-  
 rem prorumpat. De quibus mentis cog-  
 itationibus lex humana non iudicat, sed  
 tantum de ijs quæ exterius apparent, fa-  
 ctis scilicet & dictis. Lex autem diuina eti-  
 am de intimis cordis nostri cogitationibus.  
 Nempe oculis Dei omnia nuda & aperta  
 sunt, apud quem omnis plena & pfe-  
 cta voluntas, siue bona, siue mala, pro  
 facto æstimatur. Augustinus. Volun-  
 tas prona faciendi, reputatur pro opere  
 facti.

**C** Contra hoc præceptum sic  
 peccatur.

*Alterius violare thorum qui mente paratus,*

*Qui uetitos usus, tactus, & basia figit.*

*Qui loquitur lasciuia, suasq; ijs arrigit aures.*

*Nec carnem reprimat, sed turpia mente uolutat.*

*Comptus & incedit turpi pellectus amore.*

*Quiq; modis alijs turpes molitur amores.*

*Is peccat, violans diuine dogmata legis.*

peccant

DECALOGI

**¶** Peccant cōtra hoc præceptū.

**¶** Qui scortandi plenam & perfectā habent voluntatem, si facultas esset, & nisi timerent inde aliquod damnū temporale incurrere,

**¶** Qui visus & attractus faciunt illicitos, aut amplexus & oscula impudica dant, aut eadē libenter recipiūt. Quia homo potius debet subire discrimē vitæ, quam permittere in se impudicam turpitudinem impleri. Debet em̄ suam castitatem sicut ppriam vitam defendere, vim vi repellendo.

**¶** Qui luxuriosis & impudicis cātulenis, aut sermōibus delectāt quæ possunt ad libidinem puocare. Vanus enim sermo cito polluit mentem, & facile agitur, quod libenter dicitur.

**¶** Qui de rebus venereis libenter audiunt loqui. Hieronymus. Nunquam verbum inhonestum audias, aut si audieris, irascaris, perditæ em̄ mentes hominū vno frequenter leuicq; sermōe tentant claustra pudicitiae.

**¶** Qui sunt negligentes in reprimendis

DECALOGI.

reprimendis & coercendis passioibus

**C** Qui cogitatioibus libidinosis cum delectatione immoranf

**E** Qui se adornant, vt alios ad libidinem & sui desiderium puocent, & vt mulierculis placeant. Breuiterq; qui alio quouis modo venerem procurat, meditantur, & puocant.

DECIMUM PRÆ-  
ceptum.

Non concupisces rem proximi tui.

**S**eptimo præcepto vetita est actio furandi, & damnū proximo in bonis suis inferendi: nec non voluntas, ex qua oritur actus exterior iniuste sibi vsurpandi rem proximi sui. At ne quis existimaret solam concupiscentiam interiorē sine exteriori actioe nō esse peccatū: idcirco hoc præcepto nominatim vetatur interior illa voluntatis concupiscentia deliberata furandi, & alienā rem sibi quo iure quaq; iniuria vendicandi, si esset oportunitas & facultas, & nisi obstaret timor & verecundia

H

cundia

EXPOSITIO

cundia. Implicite etiã vetatur insatiabilis illa iniuste vel vñs illicitis habendi cupiditas, tãquam os inferni omnia deuorans, curis secularibus mentẽ iugiter inquietans, & a spiritualibus auocans, & directe charitati pximi cõtraria.

Contra hoc præceptũ sic peccat:

*si possem rapere, pro curro damna propinqui.*

*Ludo lucri causa : male querere multa peropto.*

Peccant cõtra hoc præceptũ,

*voluntas furandi.* **¶** Qui apud se parati sunt dare fœnorii rapere, furari, rebus alienis damnũ inferre, inuentũ retinere, & alio quouis pacto pximo in ipsius bonis esse alicui damno, si esset facultas, & se se offerret occasio, aut nisi pœnẽ supplicij & ignominiaẽ timor ab eo scelere patrando eos arceret.

*Ludus.* **¶** Qui ludunt sola lucri voluntate, & vt alios exhauriãt pecunia, & idẽ dite

*Iniusta acquisitio,* **¶** Qui bona temporalia, aut scãt. sacerdotia ecclesiastica vñs illicitis habere appetunt: vt per furtũ, aut simoniam

DECALOGI

nam, aut alio quouis modo illicito; quālibet bonus sit finis. Non em̄ faciēda sunt mala, vt inde eueniant bona. Verus aut̄ Christianus in comparatione bonorū cœlestiū, quæ sperat, omne aurū sicut arenā deputat, quia ibi quisq; habet diuitias suas, vbi & delectatiōm. Grauius multo peccant, q̄ bona temporalia desiderant, quo suis voluptatibus cōmodius indulgeāt.

EPITOME DECEM

PRÆCEPTORVM,

**D**iliges dominum Deum tuū ex toto corde tuo, ex tota anima tua, & ex tota mente tua, hoc est maximū, & primum mandatum. Secūndum aut̄ simile est huic: Diliges primum tuū, sicut teipsū. In his duobus mandatis vniuersa lex pendet, & propheta.

**C**ille Deū diligit, qui nō aliud quā quod Deus amat e videtur, operatur. Quid sit em̄ Deum diligere, domini

H n̄ salua

E X P O S I T I O

saluatoris doctrina declarat, dicentis. Qui audit verba mea, & facit ea, hic est qui diligit me. Et alibi. Si quis diligit me, sermões meos seruabit, qui autē dicit, quod diligit Deū, & mādata ei⁹ nō custodit, mendax est.

**I**lle pximū sicut seipsū diligit, qui ei nihil facit mali, quod sibi fieri nollet & bonū quod sibi fieri vellet, vult & proximo: & sicut sibi subueniri optat, ita pximo p viribus subuenit, Quod si facultas subueniendi absit, voluntas subueniendi adsit, quod & dominus præcepit, dicens: Omnia quæ vultis vt faciant vobis homines, ita & vos facite illis similiter. Dicitur autē: Diliges pximum tuū, sicut teipsū: id est pximum tuum dilecturus, a te ipso dilectionis originem sumes: etiam proximo misericordiam factururus, tūc prius misericordiam facies: & bene beateq; viuendo animam tuam diliges, & ei⁹ dem misereberis. sicut scriptum est: Miserere aniæ tuæ placēs Deo Quod si iniuste viuendo teipsum oderis (qui em

DECALOGI.

em diligit iniquitatē, odit animā suam)  
 & tibi ipsi impius sis, quomodo erga alios pius esse poteris? Qui tibi nequā es, cui bonus eris? Diciturus mihi es: Diligo pximū, sicut me ipsū. Audio plane, audio: inebriari vis cum illo, quem diligis sicut te ipsū: & illum ad te trahis, & ad quod amas vocas, & si tu ipse sic te diligis vt perdas te, sic profecto perditurus es & eum, quem diligis sicut te. Aut prius tuam ipsius animam sincero amore dilige, eiusque misereris: aut alterius respue societatem vt solus pereas.

**C** Proximus autē, qui hoc praecepto diligi praecipitur, est omnis hō: quod ipse, Saluator Matth. v. praecepit, dicens: Audistis quia dictū est, scilicet antiquis: Diliges pximū tuū, & odio habebis inimicum tuū, ego autē dico vobis, Diligite inimicos vestros, benefacite ijs qui oderunt vos, & orate p̄ persequentibus & calūniantibus vos &c. Si em diligitis eos qui vos diligūt quam mercedē habebitis? nonne &

Proximus  
 quis sit.

H iij pu

EXPOSITIO

publicani hoc faciūt? Cui igit o Christiane poteris esse malus, qui inimicis tuis præcipieris esse bonus? Sed tu forsitan & pximum odis, cui ne extraneum quidem odisse cōceditur: & fratrem persequeris, cui præcipitur benefacere inimico: & Christianum te esse credis, qui nec Noui, nec Veteris Testamenti præcepta custodis,

*Dilige corde Deum toto super omnia, post quem Dilige vicinum, sicut te diligis ipsum.*

**¶** Quicquid latet, & quicquid patet in diuinis sermonibus & in tota sacra scriptura, dilectio ipsa cōprehendit: quia scriptū est, Plenitudo legis est dilectio, Nam tota lex, imo tota scriptura, aut præcipit aut cōsulit ea, quæ faciunt ad Dei & proximi dilectiōem, sicut patet in præceptis & consilijs affirmatiuis, aut vetat & disuadet illa, quæ impediunt & dirimūt dilectiōem, sicut patet in præceptis & consilijs negatiuis.

**¶** Si em̄ Deum, vt debes, dilexeris, hunc adorabis corde & cogitatiōe, per fidem, spem, & charitatem summam

Et

Et tanto honoris loco apud te eius sacratissimū nomen erit, vt illud in vanū jurare nō audeas, & diebus festis ei soli seruias, & de acceptis beneficijs eidem gratulaberis.

¶ Si pximū tuū dilexeris sicut teipsū erga eum talis erit, qualem erga te velles ipsum esse. Si pater aut mater est eum perinde honorabis atq; honorari velles a tuis liberis Si alius quisq; est eum, vxorem & bona eius nullo dāno afficies tuo opere. nō etiā tua locutione, quia falso cōtra eum nō mētieris, nō præterea tua cogitatione, quia eius vxorem non cōcupisces, nec eius bona iniuste appetes. Vnde sunt qui asserant Decem præcepta legis in monte Sinai Mosi data, sic in duabus tabulis lapideis digito Dei exarata & digesta fuisse, vt Prima tabula contineret tria prima præcepta ad Deum pertinētia, Secunda aut tabula cōtineret septē vltima præcepta ad pximum pertinētia.

H 4

de præ

EXPOSITIO  
DE PRÆCEPTIS  
ECCLESIAE,

PRÆCEPTA ecclesiae sunt multa  
inter quæ sūt quicq̃ p̃cipalia, q̃b̃  
omnes orthodoxi obnoxij sunt, a  
lioqui peccant,

*Festa colas, p̃sens sacro, ieiunia serues.*

*Annua sit saltem scelerum confessio, Paschæ*

*Tempore, quo sumes Christi venerabile corpus*

PRIMUM præceptum est de  
obseruatione feriarum indictarum.  
Sicut enim in Veteri Testamento nõ  
solum præcipiebatur Sabbathi obser-  
uantia, sed etiam aliarum solennitatũ,  
haud secus in Nouo Testamento nõ  
solum diei Dominici præcipitur san-  
ctificatio, sed etiam aliarum solennita-  
tum. Quas sanctificabimus, si ijs, quæ  
in tertio præcepto Decalogi diximus,  
obseruatís, ea crediderimus, que eo tẽ-  
pore in ecclesia celebrantur, maxime  
si ad fidei articulos spectant, vt.

*Festorum* In festo Trinitatis debemus credere  
*dies q̃ cele-* quod Deus est vnus in substantia, &  
*brãdi sunt* trinus

DECALOGI

trinus in personis inter se per omnia æ- <sup>quidve in</sup>  
qualibus. <sup>illis credēdū</sup>

**¶** In festo Natiuitatis, quod IESVS  
Christus Dei filius ex Maria virgine  
natus est.

**¶** In passione, quod pro nobis passus  
mortuus & sepultus est.

**¶** In festo Ascensionis, quod ad cœ-  
los ascendit.

**¶** In festo Penthecostes, quod Spiri-  
tum sanctum discipulis suis misit.

**¶** In festo Corporis CHRISTI,  
quod Iesus Christus Dei patris & ho-  
minis matris vnigenitus filius, verissime  
cōtinetur in Eucharistia.

**¶** In festo omnium sãctorum, quod  
animæ eorum qui in hac vita bene vi-  
xerunt, nunc cum Christo lætãtur in  
cœlis,

**¶** In festo mortuorum, quod Ies<sup>9</sup> est  
Purgatorium, post quod animæ ad vi-  
tam gloriosam resurgent, resumpturę  
in die nouissimo corpus gloriosum.

Quæ omnia in tẽplis illis die bus præ-  
dicari solent. Etiam in festis Sancto-

EXPOSITIO

rum debemus ad eos preces fundere.

**SECUNDVM** præceptum est: vt diebus festis sacrificio integro intersimus corpore & mēte, hoc animo vacandi Deo tempore sacrificij

**TERTIUM** præceptum est: Obseruantia ieiunij quadragesimalis Quatuor temporum, & si quando ecclesia præcipit, peruigilij festorū, exceptis ijs, quos ecclesia nō vult obligare. Ex quorum numero sunt pueri: qui licet non obligentur totam quadragesimam ieiunare, debent tñ sibi aliquot dies deligere, in quibus ieiunent.

**QUARTVM** præceptum est: vt dum eos annos attigerimus in quibus peccare possumus, saltem semel in anno tempore Paschæ sacerdoti cōfiteamur de peccatis mortalibus, & de qb<sup>9</sup> dubitatur sint nē venialia an mortalia. At quoniam nullum est tam paruū peccatū, quod nō crescat neglectum, & qui minima spernit, paulatim decidet: Idcirco cū mortalibus satius esset etiam de grauioribus venialibus cōfiteri

DECALOGI

fiteri, & que cōsciētā magis remordēt.

Eodem præcepto obligamur ad sacramentum cōfessionis, quoties alias venerabile sacramentum Eucharistiæ suscipere volumus, si modo nobis sumus cōsci peccati mortalis. Obligamur præterea in mortis articulo cōfiteri de peccato mortali, de quo antea cōfessi nō fuerimus. Debemus em̄ p̄ viribus nos ad misericordiam præparare, quando imminet nobis iudiciū damnationis aut misericordiæ.

Sed quia periculosum est cōfessionem diu differre, p̄pter obliuionem multorum peccatorum, peccandi cōsuetudinem, & mortis, in certitudinem, Ideo cōsultius esset sæpe cōfiteri, quia ex frequenti cōfessione, hō auocatur a multis peccatis, fitq; timidior ad Dei offensionem. Non statim post peccatum commissū iniungit nobis sancta ecclesia sacerdoti de peccato cōfiteri, tñ optamus quisq; Christianus, & qui Deum timere volet, cōfugiat ad cōtritionem & interioem cordis poenitētiam, cum  
primū

PRÆCEPTA

primum agnoscit peccatū suū, cū volū-  
tate cōfitendi tēpore & loco. Peccatū  
em̄ quod per pænitentiam nō deletur,  
mox suo pondere ad aliud trahit pec-  
catum, & lumen rationis excoecat.

**Q**UINTVM præceptum obli-  
gat nos ad sacram cōmunionē semel  
in anno, idē tempore Paschæ, sicut  
quarto præcepto obligamur ad cōfessi-  
onem. Et licet tantūmodo ex præce-  
pto sit, sacrosanctā Eucharistiam tem-  
pore Paschæ sumere, cōuenit tñ etiam  
festis solennioribus eam suscipere, cū  
bona pars laicorum, & fere omnes ho-  
nestioris status homines soleāt illis die-  
bus sacrosanctæ cōmunionis esse par-  
ticipes. Cautē aduertendū est, eodem  
anno quo pueri ad cōfessionē inducūt,  
nō prius esse ad susceptionē tanti sa-  
cramenti inducendos. Annus enim  
idoneus ad exhibendū pueris venera-  
bile hoc sacramentum, est vndecimus  
aut duodecimus annus, dūtaxat si pu-  
er pietatis & religionis indolem præ se  
ferat, sciatq; discernere panem mate-  
rialem

ECCLFSIAE

rialem a sacramentali, & cibum corpo-  
 ralem a spiritali. Quoniam inter om-  
 nia, quæ Deus hoc in mundo beni-  
 gnissime nobis largitur, venerabile hoc  
 sacramentum est maximū & præcipu-  
 um donū. Idcirco nō debemus cōmitte-  
 re vt indigne id sumamus quod fit in  
 pœnam sempiternam indigne mādu-  
 cantibus. Bene em̄ esse nō potest, ma-  
 le accipientibus quod bonum est, dū  
 eo abutuntur ad sui perditōm, quod  
 datum est ad salutem. Ihs vero qui id  
 digne sumunt, fit in remissōm pecca-  
 torum & vitam æternā. quod & veri-  
 tas de se testatur, dicens: Qui mandu-  
 cat me, ipse viuet ppter me, De quo  
 sacramento nonnulla obiter dicere o-  
 perapretium duximus.

DE VENERABILI  
 SACRAMENTO

EVCHARISTIAE.

**D**OMINVS Deus noster IESVS  
 Christus Dei patris filius, quæad  
 modū

DE SACRAMENTO

modū quæcunq; voluit fecit, dixitq; fiat lux & facta est lux, fiat firma mētū, & factū est, cuius verbo cœlum, terra, aqua, ignis, aer, & omnis ornatus eorum perfecta sunt, genusq; humanū creatum est, sic nō minore virtute solo verbo panem efficit corpus suū, & vinum sanguinē suū, quod in suam cōmemoratiōem a sacerdotibus similiter fieri præcepit, ad quorum vocē in hora expressionis verborū Christi, cœli aperiuntur, & in illo Iesu Christi mysterio adest angelorum frequentia & s̄ctorum præsentia, terrena cœlestibus iunguntur, & panis materialis atq; visibilis adueniēti viuifico & cœlesti angelorum panī, velut vero creatori suo honorem deferens, locum suū (id est visibilem speciem accidentium) p̄ ministerio & sacramentali seruitio relinquit. Quod ōnipotēti præcepto Christi donec ad iudicium veniat, a sacerdotibus efficietur. Perinde atq; dixit in principio, Producat terra herbam viuentem, & ad hęc vsq; tempora ipsa  
 eius

EVCHARISTIAE

eius adiuta & vigorata præcepto, p̄dit  
 cit herbam virentē. Et quoniam mos  
 hominibus panē manducare & vinū  
 bibere ea ipsa in suam diuinitatem  
 tranſmutauit, vt puritas ſpiritualis re-  
 fectionis eſurientis animæ, ſub duab⁹  
 tantum ſpeciebus panis & vini cōtine-  
 retur, quorū vſus humano corpori ha-  
 betur principalior, cōmunior, mūdior  
 & minus, ſaſtidioſus. Fecitq; ex aſſue-  
 tis naturæ, & ijs que ſunt ſecundū na-  
 turam, corpus ſuū & ſanginē ſuū, mō  
 ſuper naturali, ſic vt ſub vtracq; ſpecie  
 panis & vini quatuor miraculoſe cōti-  
 neantur.

**P**uriffima illa Chriſti caro & ſacrū *Primum.*  
 corpus, quod ſumpſit ex Maria virgīe  
 ex eius puriffimo ſanguine a Spiritu  
 ſācto formatū, quod p̄ nobis in cruce  
 appenſum eſt, poſitum in ſepulchro,  
 & glorificatū in cælo. Viuū quidē ibi  
 eſt corpus, quia Chriſtus reſurgens a  
 mortuis, iam nō morit̄, mors ei vltra  
 non dominabitur.

**Q**uia caro nō viuit ſine ſanguine, *Secundū.*  
 ideo

DE SACRAMENTO

ideo necessario est ibi sanguis preciosus qui feliciter manavit in passione ꝑ mundi salute.

*Tertiam.*

✠ Qui verus hō nō est absq̃ anima rationali, ꝑpterea ibi est anima Christi gloriosa, quā Deus pater infudit corpori in vterū virginis Marie, in qua anima repositi sunt omnes thesauri sapientiae & scientiae Dei.

*Quartum.*

¶ Quia Christus, qui est verus homo, etiam est verus Deus, ideo ibi est gloriosa illa diuinitas in maiestate sua.

Hæc quatuor simul & horū singula sub spe tiebus panis & vini perfecte cōtinētur tota, nō minus in calice, quam in hostia nec min⁹ ꝑ hostia quā in calice quāuis vi verborū sacramentaliū sub specie panis sit tātū mō caro sub specie vini sit tantum modo sanguis, tamen per concomitantiā ( vt iam dictū est )

*Eucharistia sacramentum rationibus humanis non scrutandū.* sub vtraq; specie quatuor verissime cōtinentur, caro Christi viua, preciosus sanguis, omniscia & perfectissima anima & diuinitas ineffabilis. Summopere nobis est cauendum ne argumentis naturalibus & rationibus

EVCHARISTIAE,

rationibus humanis innitentes, ipsius  
 sacramēti rationem curiose scrutemur  
 quia Deus qui supra naturam est, &  
 apud quem omnis mundana sapiētia  
 stultitia est, naturæ legibus nō cōstrin-  
 gitur: sed debemus subijcere, & humi-  
 liter sub iugo orthodoxæ fidei captiva-  
 re mentes nostras,

Quid enim dubitationis de hoc sa-  
 cramēto nobis possit remanere? quod  
 a CHRISTO videmus tā expresse tra-  
 ditum, a sanctis Apostolis prædicatū,  
 in veteri legetot mysterijs præfiguratū  
 nouissime autem, & in hac vltima mū-  
 di ætate tot miraculis, quasi palpabili-  
 bus testimonijs confirmatū: deniq; ad  
 nostrā vtilitatē sub velamento traditū

Quatuor de causis uoluit

Christus se nobis dare

uelatum,

✠ Propter fidei meritum: quia si cor *Primus.*  
 poraliter & uisibiliter Deū uideremus  
 certe vel coacte eum adoraremus: nec

I

tantum

DE SACRAMENTO

tantum mereremur, quantum nūc: dō  
 supra omnem naturalem rationē credi-  
 mus, CHRISTVM totum sub specie  
 panis contineri, & totum sub specie vi-  
 ni. Fides enim est earū rerū, quæ appa-  
 rere non possunt: quæ enim apparent  
 fidem non habent, sed agnitionē. Nec  
 fides habet meritum, vbi humana ra-  
 tio præbet experimentum.

Secūda.

¶ Propter vitandum horrorem: quo  
 modo enim fieri posset, vt Dei & ho-  
 minis viui carnem crudam & sangui-  
 nem in propria forma sua comedere et  
 bibere possemus? certe naturæ nostræ  
 infirmitas ab eo abhorreret.

Tertia.

¶ Propter humani visus imbecillita-  
 rem, nō debuit corpus CHRISTI glo-  
 riosum sub forma gloriosa & splendi-  
 da carnalibus oculis nostris apparere,  
 qui infinitam CHRISTI claritatē su-  
 stinere non possent: ad cuius compara-  
 tionem iolis claritas tenebræ sunt.

Quarta.

¶ Propter indignitatem nostrā, qui  
 in hac exiliij valle nondum promerui-  
 mus eum videre gloriosum; sed id re-  
 seruat

EVCHARISTIAE.

feruatur nobis in coelo, vbi eum facie  
ad faciem videbimus sicuti est.

Iam quid superesse possit dubitatio  
nis: cum plane videamus, ad salutis no  
strae necessitatem id sacramentum no  
bis ex diuina clementia concessum:  
quia nisi manducauerimus carnem fi  
lij hominis, & biberimus eius sangui  
nem, non habebimus vitam in nobis.  
Quae (vt visum est) in sua propria for  
ma manducare & bibere non possu  
mus: ideo necesse fuit ea velari, vt su  
mere possemus. CHRISTVS itaq; im  
becillitati nostrae consulens, vt nobis  
comestibilem cibū præberet, sub speci  
ebus panis & vini ea velauit. Quia si  
cut olim: diuinitas in vtero virginali la  
tuit, & filius Dei sub humanae carnis  
velamine visibilis mundo apparuit: sic  
& glorificata humanitas diuinitati cō  
iuncta, sub forma panis & vini latet,  
vt nobis mortalibus competere posset.

Itaq; de certissimis huius sacramēti  
mysterijs nullum in nobis dubitatio  
nis locum relinquentes, Dei nostri ma

DE SACRAMENTO

gnam ac multo maximam erga nos  
 beneficentiam, paulo altius contēple  
 mur. Quæ magna fuit in eo, quod nos  
 nobis dedit, & cum perieramus, nos  
 nobis reddidit. Maior, quod per as-  
 sumptam carnis humanæ substantiã  
 inter homines visibiliter conuersatus  
 est, factus sicut unus ex illis, & tandē  
 pro nobis omnibus se totum obtulit  
 in oblationem & hostiam Deo patri.  
 Maxima, quod multo mirabilius &  
 fructuosius in hoc sacramento præsen-  
 tiam suam nobis visibiliter exhibet,  
 quam dū inter homines ageret, & ser-  
 uis suis se non solum reliquit palpādū  
 & deosculandū, sed etiam manducan-  
 dum. Ores mirabilis, māducat Domi-  
 num seruus pauper & humilis. Cor-  
 poraliter quidem quotidie potest faci-  
 le manducari, sed spiritualiter multo fa-  
 cilius & sapius, quoties venerabilis  
 huius sacramenti credis mysteria, toti  
 espiritualiter communicas & Christi  
 corpus manducas. Augustinus, Crea-  
 de, & manducaisti, O quam dulce illi  
 cœlesti

E V C H A R I S T I A E,

cœlesti conuiuio frequenter accumbe  
re, in quo non alius cibus manducan-  
dus proponitur, quam viuificus ille an-  
gelorum panis, id est Iesus Christus,  
in quem prospicientes angeli mirant̃,  
& deficiunt, fruuntur, nec fastidiunt,  
quo frui magis sitiunt. Valeant igitur  
qui dicunt mihi quotidie, Vbi est De-  
us tuus? Credo vtiq; domine ( qui sub  
sacramēto tegeris ) quod est filius Dei  
viui, qui in hunc mundum venisti.

O felices Christianos, iterumq; ite-  
rumq; beatos, bona si sua norint, si Dei  
sui profusam beneficentiam agnoue-  
rint, qui sacratissimo suo corpore nos  
vilissimos homunciones dignatur, pi-  
gnore & arrabone beatitudinis æter-  
næ, vbi eundem reuelata facie videbi-  
mus, quem nunc in sacramēto sub spe-  
ciebus panis & vini assumimus, vbi le-  
tius & securius eo fruemur, quem nūc  
fructuosius & mirabilius in Eucharis-  
tia sumimus.

¶ Debet igitur optimus quisq; Chri-  
stianus, dum videt inter manus sacer-

DE SACRAMENTO

dotis Deum viuentem, precari veniam  
peccatorum ab eodem praesente in sa-  
cramēto, per idē atq; praesens fuit Ma-  
riae Magdalenae & latroni in cruce pē-  
denti, peccatorum suorum veniam po-  
scentibus,

Bona quae proueniunt ex sum-  
ptione Eucharistiae.

Hominis cum Christo incorporatio.

Angelorum conuiuatio.

Mentis refectio.

Mentis illuminatio.

Peccatorum remissio.

Virtutum corroboratio.

Fomitis mitigatio.

Spei eleuatio.

Fidei certitudo.

Deuotionis augmentatio.

Charitatis excitatio.

Contra diabolum armatio

Idoneus est tantum ad digne su-  
mendū Eucharistiam.

Homo.

Viator.

E V C H A R I S T I A E.

Viator,

Christia nus.

Mente præditus.

Adultus.

Ieiunus.

Peccati mortalis nõ cõsciũs.

Qui ẽ sine periculo vomitus.

Qui toto corde fertur in Deũ.

**C**Aegrotis tñ etiã nõ ieiunis dari po-  
test, quibũs timetur ne sine viatico vi-  
ta excedant. Obligatur enim omnia

Christianus (si modo fieri possit)

in mortis articulo commu-  
nicare.



68

METHODI  
CONFESSIONIS, DE  
PECCATIS CAPITALIBVS  
ET EORVM REMEDIIS,

TERTIA PARS.

De septem peccatis capitalibus  
in generali.



SEPTEM SVNT  
species peccatorū, quę  
dicuntur capitalia, quod  
sint capita, radices, incicia  
& prima fomenta om-  
nium peccatorum, quę plerunq; ab ho-  
minibus solent fieri. Quę sunt septē  
numero comprehensa hac dictione Sa-  
ligia. s. superbia, a, auaritia, l, luxuria,  
i, inuidia, g, gula, i, ira, a, accidia,  
Fastus, auaritia, et luxus, liuor, gula, bilis,  
Segnities, hęc sunt capitalia crimina septem,  
Hęc septem peccata per septem vir-  
tutes contrarias vitantur.

Super

PECCATORVM REMEDIA

Superbia.		Humilitate.
Auaritia.		Liberalitate,
Luxuria		Castitate,
Inuidia	Vitatur	Charitate,
Gula		Abstinencia.
Ira		Pacientia.
Acedia		Deuotione.

*Sis humilis, largus, castus, syncerus amator.*

*Sobrius, & patiens, & strenuus ad tibi iussa.*

*Sic bene uitabis capitalia crimina septem.*

Methodus detestandi omne  
peccatum in generali.

**C**onsydera o homo quanta tua sit dignitas, a quanto artifice creatus sis, in quam excellenti statu ab eo constitutus, quam immenso precio redemptus, & ad quam felicitatem vocatus sis. Tua gratia mirabilem hanc mundi machinam condidit Deus, te ad imaginem & similitudinem suam creauit, te salutari baptismatis vnda abluit te non auro, non argento, sed pretiosissimo suo sanguine redemit, vt te angelorum conciuem efficiat, te sibi

I v in fili.

PECCATORVM.

In filium adoptauit naturalis filij futurum  
 cohæredem. Itane oblitus origi-  
 nis tuæ, oblitus tantorum beneficiorum  
 propter tantillam momentaneam, fallacem  
 & venenatam voluptatis delectationem  
 lam, a tanta dignitate in tantam te con-  
 uicias indignitatem, ut qui prius eras  
 dignus cœlo & gratis spiritualibus,  
 post peccatum non sis dignus pane quo  
 vesceris? Itane a tam nobili, a tam a-  
 mante, a tam bene de te merito paren-  
 te, ad eius inimicum imo tibi hostem  
 infestissimum ingratus & salutis tuæ  
 incôsideratus deficies? Itane turpissi-  
 mo, crudelissimo, & nequissimo domi-  
 no te ultro mancipabis? Itane ex filio  
 Deite filium & seruum constitues di-  
 aboli, quin etiã ipsius seruum ( & quod  
 pessimum est ) tot dominorum, quod  
 peccatorum? Peccando enim, Deum  
 tuum tibi facis inimicum, & diabolum  
 tibi constituis dominum. Alterius in-  
 te beneficia, alterius maleficia consyde-  
 ra. Ille te qua bonitate condidit? Qua  
 misericordia redemit? Qua liberalita-  
 te locu-

70  
 REMEDIA

te locupletauit? Qua lenitate quotidie  
 sustinet delinquentem, donec conuer-  
 taris ab iniquitate tua? Qua lætitia reci-  
 pit te ad se reuertentē? Contra hæc om-  
 nia diabolus quanta inuidia iam olim  
 insidiatur saluti tuæ? In quæ te conie-  
 cit pericula? Atq; adeo quid molitur  
 quotidie, nisi vt te ipsum secum in æter-  
 num trahat exitium?

**C**onsydera quod post commissum  
 peccatū mortale, tu ita es in dominio  
 & potestate diaboli, vt te statim iure suo  
 sibi possit vendicare, & secum ad æter-  
 na (vt dignus es) rappersupplicia, nisi  
 si domini Dei nostri te ad pœnitentiã  
 expectantis summa miseri ordia, &  
 angeli custodis tui sedula custodia, dia-  
 bolū impediret, ne suo iure in te ageret.

**C**onsydera quod vera anima vita  
 est Deus, inter quos solum separa t pec-  
 catum. Et ipsa anima se sua priuat ani-  
 ma, & inter se & Deum ponit obicem  
 dum peccatum admittit, Et veluti cor-  
 pus sine anima est mortuum, sic ipsa si-  
 ne Deo (qui est vita eius) plane è mor-  
 tua in

## REMEDIA

tua in semetipsa. Nemp̄e tot peccato-  
 r̄ū pestibus infectā viuere, viuere nō ē  
 sed vitam cōfundere, & vsq; ad mor-  
 tis portas magis magisq; appropi-  
 quare: vtpote cui melius esset omnino nō  
 viuere, quam sic viuere: & melius non  
 nasci, quam sic per peccatum quotidie  
 mori. Ad hoc priuat se omni bono, id  
 est Deo, qui est omne bonū: summe  
 bonū, & sine quo nihil est bonū, Vnde  
 ipso summo bono priuata, summam  
 incurrit miseriam.

**¶** Consydera quod peccatū ipsi ani-  
 mæ onus est adeo graue, vt nec cœlū,  
 nec etiam tandem ipsa terra illud pos-  
 sit sustinere. Vnde ( quæ eius est gra-  
 uitas ) in abyssum descēdēs, authorem  
 suum ( id est peccatorem ) in barathri  
 infernalis profundissima secum præci-  
 pitabit,

**¶** Consydera quod Deus qui pecca-  
 tum nō fecit, vsque adeo exhorret pec-  
 catum, vt nec in cœlo nec in terra tam  
 charum habeat amicum, quem si vllō  
 mortali peccato inquinatum offende-  
 rit non

PECCATORVM

rit non exhorreat: idēq; adeo vt  
 ipsum vas peccati ( id est peccatorem )  
 a se in gehennam ignis perpetuo able  
 get: ta metū ante peccatum eius amo  
 re tantū flagrauerat, vt nemo amatorē  
 carnaliū in amorem sponsæ suæ adeo  
 possit exardescere, Vtpote quem non  
 auro, nō argento, sed pretiosissimo suo  
 sanguine redemerat, pro quo tot & tā  
 ta passus fuerat. Veluti beneuola ma  
 ter si puerulum suum, quem materno  
 amore complectitur, in fornacem ardē  
 tem nunquam inde liberandum pro  
 iiciat: nonne magnum quid, & matri  
 valde exosum fuerit necesse est, pro  
 pter quod in dilectum filiolum id au  
 sa sit designare?

**C**onsydera quod peccatū Dei no  
 stri inimico, nobisq; hosti infestissimo  
 diabolo, adeo placet, vt a sex milibus  
 annorum & eo amplius, in perpetrā  
 dis peccatis, & alliciendis ad ea homi  
 nibus, in defesse peruigilauerit tanquā  
 leo rugiens quærendo quæ hominum  
 peccata deuoret. Quibus nunquam  
 satiarā

## REMEDIÁ

fatiari potuit, tametsi innumera homi-  
 nū peccata deglutit. Nō em̄ a nobis  
 exigit temporalia, sed tantum animas  
 nostras cū illo rege Sodomorū, dicens  
 Da mihi animas, cætera tolle tibi. Cū  
 nunc peccatum Deo nostro ita exosū  
 esse intelligas, & ei⁹ inimico adeo gra-  
 tum: itane Deo tuo auersus, inimicū  
 eius (quid eius inquam) imo hostem  
 tuū infestissimum tuo magno malo in-  
 tantū conijcies gaudium? Nec potius  
 tibi beneuolos angelos Dei, quibus  
 gaudium est super vno peccatore pœ-  
 nitentiam agente, lætificabis?

**¶** Considera quanta Dominus De⁹  
 noster pertulerit, vt te (qui pro pecca-  
 tis tuis in æternam damnationē haud  
 dubie ruebas) peccatorū omniū sordi-  
 bus expurgatū, ad cœlestem patriam  
 reduceret, Quod cum ita sit, vt eius do-  
 loribus sis sanatus, eius passione ab æ-  
 terna pœna liberat⁹, & eius morte de  
 æterna morte resuscitat⁹: cōmittendū  
 tibi nō est, vt p̄ peccatū passionis eius  
 fructu vltro te priues, & in idē eternę  
 damnatio-

PECCATORVM

Damnationis barathrū te vltro cōijcias  
ex quo tantis suis doloribus te beni-  
gnissime exemit.

¶ Consydera quod peccatū facit ho-  
minem etiam in presenti vita miserrī-  
mum ( de futura enim dubiū est ne-  
minī ) quia spoliat eum omnibus bo-  
nis & meritis, quæ in hac vita fecit: o-  
mnibus quoq; virtutibus & gratijs, quas  
ipsi prius dederat. Si enim aliquis fe-  
cisset tot bona opera, quot fieri possunt  
& haberet tot virtutes, quot haberi  
possunt: illa omnia per vnum peccatū  
mortale perderet, sic vt pro ijs omnib<sup>9</sup>  
nullū vnquam esset habiturus præmi-  
um in cœlo. Sicut Salomen testatur,  
dicens: Qui in vno offenderit, multa  
bona perdet. His amplius tantisper dū  
homo est in peccato mortali, nihil bo-  
ni operis potest operari, quod sibi me-  
ritoriū sit ad vitam æternam.

¶ Consydera quod quamdiu homo  
est in peccato mortali, tanquam eccle-  
siae membrū putridū & mortuum, est  
noxios & expers multorū bonorū, quæ  
suis

PECCATORVM

fiunt & facta sunt in vniuersali ecclesia, quorū fiunt participes omnes boni Christiani, qui a peccato mortali immunes sunt. O quam miserū est priuari tot suffragijs quæ fiūt in ecclesia dei.

**C**onsydera quam sit periculosum, in peccati puteum tete coniicere, vnde per teipsum exire non possis. In ipsum lubricus & facilis est: descensus, sed reuocare gradum, superasq; euadere ad auras, hoc opus, hic labor est, pauci, quos Christus amauit, hoc potuere.

Qui enim scis, an miserebitur tui Dominus: et in die iræ suæ iniquitatis tuæ non recordabitur? Qui scis, an dabit tibi tempus pœnitendi? Daturus sit sane tibi Deus agenda pœnitentiæ tempus, debesne spe futuræ confessionis peccare? Quod enim dicis, peccabo, et postea confitebor, perinde est, ac si diceres, Meipsum vulnerabo, & postea vulneri meo medebor.

**C**onsydera quanto consultius est, te omnino peccatū nō admittere, quod tanto animi dolore, tantis laboribus,  
pluri

## REMEDIA

plurimis lachrymis est expiandum, si forte contigerit (vt necesse est) te singulari Dei fauore respicere,

**C**onsydera virtutis & peccati quā dispar sit exitus, quā inæquale præmiū. Quid em̄ inæqualius, quā vita æterna & mors æterna? Quā sine fine summo frui bono, in beatissimo illo angelorum & sanctorum concilio, & sine fine summis excruciarī malis, ī miserrimo dæmonum & damnatorū consortio? Esto sane futuri seculi nullam duxeris rationem, in hac etiam vita virtutis & peccati inæquale est præmiū. habet enim virtus sibi adnexam mentis bene conscie tranquillam securitatem, & dulcedinis diuinæ quandā prælibationem, & tenuem degustationem, quam qui semel degustauerit, nihil tam mellitum, nihil tam delicatū nihil tam amcenū mūdus hic possidet, quod non vilipendat, & velut stercus reputet. Vicissim præterquam quod peccatū mille alia mala consequuntur etiam miserrimus ille animi sibi male

K

consci

## PECCATORVM

cōsciī cruciatus, animā quocūq; ierit,  
infectat, & dū cōsciētīe vermis nō mo-  
rit, iā ex vitā inferos suos ipsa patit.

**C**onsydera quam breuis sit presen-  
tis vitæ morula, quam fugax, quā trā-  
sitoria, quam exposita latentibus mor-  
tis insidijs, & cum vel de momento vi-  
tæ tuæ securus non sis, quam ingens  
est tibi periculum in eo esse statu, in q̄  
siste mors subitanea ( vt sepe accidit )  
deprehenderit, in eternū perijisti. Vicis-  
sim quam tibi facile est, tam paruo tem-  
poris momento super tua custodia sta-  
re, & cum Christo presentis vitæ hora  
vigilare. Tibi nec opinanti mors labo-  
rum tuorum terminus obrepet, quo  
tempore de leui & transitorio labore,  
in summā eternamq; requiē migrabis  
**S**i durum tibi videtur pro Christo  
vitæ tuæ tempore a vanis abstinere vo-  
luptatibus, consydera quos cruciatus  
ille tui charitate tolerauerit, quantū sa-  
cratissimi sui sanguinis prote effude-  
rit, quam acerbam, quam ignominio-  
sam mortē pro te pertulerit. Et tu ho-  
rum omnium immemor, rursus filiū

REMEDIA

Dei crucifigis, dum peccata tua iteras  
 quæ domini Deum nostrum ad tam  
 diros adegere cruciatus, Pro quibus  
 licet nullam possis parem referre gra-  
 tiam, tamen nullam reposcit aliã, quã  
 vt propter se salutis tue consulas, a mor-  
 talibus peccatis abstineas, & ad sua  
 morem animum tuum conuertas.

**¶** Quisquis es qui peccata mortalia  
 sepe committis, sed quia horrenda ti-  
 bi non videtur, vt pleraq; alia, ideo ab  
 his te continere negligis, cõsidera quod  
 nonnunquam deterius in minori cul-  
 pa, quam in maiori potest peccari, Ma-  
 ior enim culpa quo citius agnoscitur,  
 eo celerius emendatur, minor vero dũ  
 quasi nulla creditur, eo peius quo & se-  
 curius in vlu retinetur. Vnde fit ple-  
 runq; vt mēs assueta malis minus gra-  
 uibus, ne grauiora quidem perhorre-  
 scat, atq; ad quandam authoritatē ne-  
 quitie, per culpas nutrita perueniat, et  
 tanto magis in grauioribus contēnat  
 pertimescere, quanto magis in minus  
 grauib; didicit non timendo.

K ij

Quisquis

PECCATORVM

**¶** Quisquis es, qui ventralia negligēs quasi leuia, eadem sepius iteras, considera quod sicut altos gurgites fluminum parue sed innumere replēt gurte, ita parua peccata multiplicata fiūt magna, & constantiam charitatis in Deum plerunq; sensim destruunt.

Methodus uitandi peccatum  
in generali.

**P**Aupertas efficacissimum est remēdiū contra omnia vitia. Paupertas enim subtrahit homini ad omne peccatum illectamenta, id est diuitias, per quas homo acquirit facultatem perpetrandi quodcunq; peccatum, & adipiscendi desiderium cuiuscunq; peccati, & per quas ad habenda quecunq; temporalia bona homo potest adiuuari.

**¶** Despectio hominum, scilicet vt vitupereris, contemneris, vilipendaris, & in nullo singulariter honoreris, donec elationis tumor in te penitus comprimatur, & sic humiliatus humilitatem discas.

Status

## REMEDIA

Statu aliquis vite, in quo bona opera  
facere cogaris, que alioqui non faceres  
peccata dimittere, que libenter admit-  
teres. Denique ubi non ignoscatur tibi,  
quin potius aspere reprehendaris & pu-  
niaris, donec curuitas propriæ volun-  
tatis plene in te ad formam certitudi-  
nis reflectatur.

Fuga peruersæ societatis, quia (vt in-  
quit Chrysostomus) quoties bonus  
malo coniungitur, non ex bono malus  
melioratur, sed ex malo bonus conta-  
minatur, Gregorius. Malorum dum  
incaute amicitijs iungimur, culpis liga-  
mur, ab eo enim qui summe rectus est  
eo ipso iam discrepat, quo peruersorū  
amicitijs vita nostra concordat. Vnde  
præstat malorum pati odium, quam  
ipsorum habere consortium.

**E**longatio a loco, hominibus, &  
alijs ad peccandum illectamentis,

Quia veluti quo ab aduersis quis longi-  
us fuerit, eo minus sentit aduersa, sic  
minus voluptatibus stimulatur, qui  
non est ubi frequētia est voluptatum,

## PECCATORVM

& minus auariciæ molestias patitur, qui diuitias non videt. Itaq; quantum poterimus, a lubrico recedamus, quæ ne sicco quidem satis firmiter stamus.

¶ Frequens & deuota oratio, quæ mentem supra se ad Deum eleuet, & ab ipso impetret curationem languorū & vitiorū, nec non sanitatē virtutū. Isidorus, Hoc est remediū eius, qui vitiorū æstuat tentamentis, vt quoties quolibet tangitur vitio, toties ad orationē se cōuertat, quia frequens oratio vitiorum expugnationem extinguit.

¶ Tribulatio & aduersitas. Gregorius. Qui desiderat plene vitia vincere, studeat humiliter purgationis suæ flagella tolerare, Quod si primo est molestā ad sustinēdū aduersitas, assiduitate tamē fit in dies tolerabilior, donec scilicet non curetur, vel etiā diligatur, propter profectum sanitatis quæ inde sentitur prouenire.

¶ Crebra meditatio passionis Domini, retributionis honorum in celo, supplicij malorū in inferno, mortis in-  
evitabilis

## R E M E D I A

evitabilis, sui iudicij particularis in morte, iudicij generalis in seculi conformatione, ubi de omni verbo otioso reddenda erit ratio. In omnibus enim operibus tuis memorare nouissima tua, & in aeternum non peccabis.

### ¶ De omnibus uirtutibus in generali.

**S**umma ope, studio & diligentia in extirpandis peccatis adhibita, non minor adhibenda est ad acquisitionem uirtutum ipsis peccatis contrariarum. Nolo enim putes in hoc consistere iustitiam, ut malum non facias: cum & bonum non facere, malum sit. In utroque legis prauariatio continetur, Quoniam qui praecepit, Recede a malo: mox subiunxit, Et fac bonum. Si a malo recesseris, & bonum non feceris, transgressor es legis. Quae non tantum in malorum operum abominatione, sed etiam in bonorum operum perfectione completur. At quoniam nemo repente fit summus, sed procedete tempore: idcirco paulatim orbis ille,

K iij concen

DE VIRTUTIBVS

contentusq; virtutū omniū acquirendus ē. Quādoquidē absoluta & pfecta virtus, vtī corpus vnū ex his membris & virtutibus est composita: quæ inter se coniunctionem quādam & cōmunionem habēt, & in Dei conspectu vicaria ope se subleuant: nec veræ virtutes sunt, si a se inuicem aliqua diuersitate discordāt. Vna em̄ virt<sup>9</sup> sine altera aut omnino nulla ē, aut certe minima. Nec mens humana potest habere regnum virtutū, nisi prius excusserit iugum vitiorū: quia omnis virtus patit̄ detrimentum ab vno vitio. Si enim aut humilitatē castitas deserat, aut castitatē humilitas derelinquat, cū Deus detestetur tam superbiā, quam immūditiam: quo modo oculis eius accepta erit castitas elata, vel humilitas immūda? Non em̄ bona accepta sunt Deo, quæ malorū admissione maculantur: & qui in vno deliquit, factus est omnium reus, quia modicum fermentū totam massam corrumpit. Exempli gratia: sunt nonnulli qui caste viuunt, sed  
 ab ope

## DE VIRTVTIBVS

ab opere bono torpent: alij multa bona faciunt, sed caste non viuunt, Castitas autem nec magna est sine bono opere, nec bonum opus sine castitate, alij caste viuunt, sed gulæ indulgēt: alij e conuerso, alij castitate & abstinentia præditi sunt, sed per superbiam intumescunt, alij sobrii, casti, & humiles sunt sed opera misericordiae exequi negligunt. Itaq; arbor spiritualis quæ recte fructifera esse volet, fructus (id est opera virtutū omniū) proferre debet.

## DE SVPERBIA.

**S**uperbia est appetitus inordinatus propriæ excellentiæ, quo quis contemnit Deū, aut suum superiorem, nolendo obedire aut subesse eis, et eorum præceptis.

Hæc non ab re inter peccata capitalia primas sibi vēdicat: quia in primis mentem a Deo auocat, fuitq; primum peccatū, tã in cœlo quã in terra, estq; peccatorū omniū radix, & initiū, omniūq; peccatorū periculosissimū est, quia

K v

a plu

## DE SUPERBIA

a plurimis hominibus & summis plerunq; sumitur. Exoritur em̄ sapius ex opere iustitiæ & virtutis, sumitq; ex ipsis bonis operibus occasionē. Augustinus, Cætera vitia in malefactis valēt sola superbiā etiam in recte factis est cauenda. Idem. Vitia quippe cætera in peccatis, superbia vero etiam in recte factis timenda est, ne quæ laudabiliter facta sunt, ipsius laudis cupiditate amittantur. Idem. Alia quæcūq; iniquitas in malis operibus exercetur, vt fiant: superbia vero etiam bonis operibus insidiatur, ne fiant. Ea sepius causa est vanę seu inanis glorię.

✚ Superbia in animo suo inordinate propriam excellentiam appetit.

✚ Vana seu inanis gloria, eius excellentię manifestationem.

*Mente sub ocula cupit excellere superbus,  
Excelsus cunctis vult gloria vana videri.*

¶ Peccant per superbiam & inanem gloriam.

*Prima species  
superbia.*

¶ Qui bonū quod sibi inest ab alio, a semetipsis se habere existimāt, Hic

DE PEC. SUPERBIAE

onymus. Hęc est prima ratio viuēdi  
vt cui se debeat anima non ignoret.

**¶** Qui bonum quod ab alio gratis *Secunda.*  
habent, fatentur quidē se ab alio & nō  
a semetipsis habere, sed putant id sibi  
esse debitum proprio valore, & vi pro-  
priorum meritorum.

**¶** Qui ex appetitu proprię excellen- *Tertia.*  
tię mouētur ad attribuendū sibi bonū  
quod nō habēt, aut maius quā habēt.

**¶** Qui despectis alijs, solos se putant *Quarta:*  
habere aliquod bonum.

Hę quatuor species superbię etiam *Vana glo-*  
ad inanem gloriā reducuntur, si ea- *ria.*  
rum aperitur manifestatio.

**¶** Qui de bonis quę non habent, aut  
de bonis transitorijs & tēporalibus glo-  
riā supra modum appetunt.

**¶** Qui de peccato gloriātur, letāturq;  
cum male fecerint, & exultant in reb;  
pessimis, vt quod hunc vel illum diffā-  
mauerint aut leserint. Quod peccati  
genus est valde periculosum, Malum  
enim est, peccati nūquam meminisse,  
Peius, meminisse & non dolere, Pessi-  
mū, meminisse et de eo letari et gloriari.

DE PECCATO

**¶** Qui gloria humana tantū afficiūtur, vt illā preferāt obseruationi præceptorū, vt sunt qui ob amorē glorię consequendę vel timorē glorię perdendę, peccatum mortale designant.

**¶** Qui finē vltimū in gloria humana cōstituūt, et nę glorię amore postposito.

**¶** Superbię & inanis glorię nouem sunt filię.

*Se faciens magni, cerebrosus, hypocrita, iactans  
Ingratus, spernens alios, parere recusans,  
Ambitione tumens, quem curia format in osu.  
Ille quidem merito censebitur esse superbus.*

**¶** Peccant ex superbia & inani gloria.

**Presumptio.** **¶** Qui temerarię actū interiore vel exteriorē, aggrediuntur opus quod est supra suam facultatem aut dignitatē.

**¶** Qui fastuose & amore proprię glorię existimant se meliores, doctiores, aut alia in re præstātiores, & bonis temporalibus digniores alijs,

[ Qui

SVPERBIAE

¶ Qui nolunt ea ab alijs reprehendi que perperam aut dixerunt aut fecerunt. *Pertinencia.*

¶ Qui opinionem suam quasi mordicus tenentes, sapientiorum opinioni nolunt acquiescere, qui nisi meliores se ceteris existimarent, nequaquam cum ceterorum consilia sine deliberationi postponerent.

¶ Qui ab incepto opere malo desistere nolunt, quantumcumque prudentiores dissuadeant, cauere enim debent, ne dum tectis aliorum suasionibus foris superari despiciunt, intus a superbia captiui teneantur.

¶ Qui se perperam fecisse nunquam volunt confiteri, sed suam culpam aut excusant, aut leuem esse contendunt, aut eadem in Deum, aut in alium quempiam retorquent,

¶ Qui cum mali sint, & adhuc esse proponant, tamen signis & verbis se bonos simulant, & hec est perfecta hypocrisis, excludens a regno caelorum. *Hypocrisis.*  
Nempe bene loqui & male viuere, nihil aliud est quam se sua voce damnare.

¶ Qui

DE PECCATO

**¶** Qui in confessione, peccatum aut peccati speciem aut circūstātiās necessarias, mundano pudore dissimulans: quæ confessio inutilis est, imo nouum crimen affert.

**¶** Qui alijs præsentibus sese accusat ut religiosi videantur & humiles.

**¶** Qui aliqua bona opera faciunt, ut inde mundanā gloriam & laudem assequantur, aut ut alijs appareant meliores.

*Iactantia.* **¶** Qui verbo plus de se quam sit aut appareat, dicunt sese extollendo.

**¶** Qui propter bona temporalia que possidēt, aut sacerdotia optima, aut pretiosa vestimenta, aut propter dotes corporis, nempe pulchritudinem, fortitudinem, valetudinem secundam, & similia, aut propter dotes animi, nempe scientiam, ingenij acumen, memoriæ tenacitatem, sapientiam, Dei cognitionem, & similia, incedunt turgidi & superbi.

**¶** Qui sua bona opera recensent propter inanem gloriam potius, quam ut inde aliq

Inde alij exemplum sumant, Hiero-  
nymus. Si humanam laudem quæri-  
mus, diuinam amittimus.

**¶** Qui diuitias suas prædicant osten-  
tationis causa.

**¶** Qui superbiunt magistratus aut di-  
gnitatis titulo.

**¶** Qui pro acceptis beneficijs, Deo  
aut alij cuius benefactori gratiam nõ  
referunt opere, dum tẽpus aut locus est,  
aut gratiam animo non habent, agnosce-  
do acceptum ab eo, beneficiũ, & inde  
affectum beneuolum habẽdo, aut nõ  
agunt gratias verbo, dum tempus &  
res exoptulat.

*Ingratia  
tudo.*

**¶** Qui dedignatur Deo agere grati-  
as, quod ab eo sint creati homines, idq;  
Christiani, quod multis bonis cũ tẽpo-  
ralib<sup>9</sup> cũ spiritalib<sup>9</sup> ab eo affecti sint.  
Nihil em̄ (inquit Bernardus) ita displi-  
cet Deo præsertim in filijs gratiæ, in  
hominibus conuersionis, quemadmo-  
dum ingratitude. Vias enim obstruit  
gratiæ: & vbi fuerit illa, iam gratia ac-  
cessum non inuenit, locũ non habet.

**Non**

DE PECCATO

Nonne enim iure perditū reputatur,  
quod ingrato donatū est: Nonne pāni  
tet dedisse, quod perijisse videtur?

Oportet proinde gratiosum esse homi  
nem & deuotum, qui percepta gratiæ  
munera manere sibi desyderat: quia si  
delis in modico, censetur dignus mu  
nere ampliori,

**¶** Qui a prandio aut cœna, Deo age  
re gratias contēnunt, qui eos pauit,

**¶** Qui prę se alios omnes habent de  
specturi,

*Contem  
ptus alio  
rum.* **¶** Qui alios contemnunt, quod sint  
pauperes, valetudinarij, peccatores, aut  
ignorantes.

**¶** Qui nolunt subijci quibus oportet  
subijci, vt Deo, parentibus, præcepto  
ribus, & alijs dominis suis,

*Inobedi  
entia.* **¶** Qui ex volūtate nō obediēdi, trās  
grediuntur Dei aut superiorū præcepta,

**¶** Qui Dei aut superiorū præcepta  
transgrediuntur: non quidem volun  
tate non obediendi, sed alia quauis vo  
luntate, quæ inobedientia in omni pec  
cato inuenitur.

Qui inos

S'UPERBIAE

**¶** Qui inordinate honores, dignitates, & praefecturas appetūt, vt praesint *Ambitio.* non vt profint. Nemo quippe amplius in ecclesia nocet ( vt inquit Gregori⁹ ) quam qui peruerse agens, nomen vel ordinem sanctitatis habet. Delinquētem nāq; hunc nemo redarguere praesumit, & in exemplum culpa vehementer extenditur, quando pro reuerentia ordinis peccator honoratur.

**✚** Qui vestimenta preciosa & statū *Cūriosus.* suum excedentia, aut eorū nimiam su perfluitatem appetunt, aut eorū nimiam gerunt curam.

**¶** Qui ex animi elatione immoderatum habēt appetitū cognoscendi, siue per intellectū siue per sensum, res vanas, & quæ animæ saluti plus obesse possunt, quam prode esse, cuiusmodi fuerunt quidā ex veteribus philosophis, qui meras nugas excogitauerunt,

**¶** Qui ratione vanitatis, philosophorum & poetarum libris nimiū sunt intenti, scripturis sacris & sanctorū eloquijs ea ratiōe postpositis, & parui habitis.

L Qui sa

DE PECCATO

¶ Qui sacram scripturam non secundum expositionem sanctorum matris Ecclesiae doctorum, sed secundum secularem sapientiam & proprii sensus vanitatem interpretantur,

¶ Qui plus volunt sapere quam oportet.

¶ Qui ea in disquisitionem & controversiam adducunt, de quibus omnino dubitandum non est.

¶ Causae Superbiae.

*Census, nobilitas, vox, fama, scientia, virtus.  
Robur, honor, species, successus, victus, amicitias.  
Recta valetudo, pietas, & mentis acumen.  
Hec plerumque solent hominem prestare superbum.*

¶ Methodus detestandi  
superbiam.

Consydara o homo, qualis fuisti in tua natiuitate, qualis es in presenti tempore, & qualis futurus es in morte. Fuisti sperma foetidum nunc es saccus stercorum, eris esca vermium. Si diligenter consyderes, quid per os & nares caeterosque corporis meatus egreditur.

SUPERBIAE

**D**icitur, tuo ipsius corpore vilius sterquilinum non vidisti,

*Vnde superbit homo, cuius conceptio culpa,*

*Nasci poena, labor: vita, necesse mori?*

*Post hominē vermis, post vermē faetor & horror*

*Sic in non hominem vertitur omnis homo,*

**B**ERNARDVS: Considera o homo vnde venis, & erubescere vides, & ingemisce, quo vadis, & contremisce, Quid igitur superbis, terra & cinis? Cum superbiētibus angelis Deus nō pepercerit: putasne impūe superbire, putredo & vermis? Nihil illi fecerunt, nihil operati sunt, tantum cogitauerūt superbiam, & in momento, in nictu oculi irreparabiliter ceciderūt, & e cœlo præcipitati sunt. In initium omnis peccati superbia: quæ tam velocit̃ ipsum quoc̃q; syderibus clarius micantē, æterna caligine obtenebrauit Luciferum: quæ non modo Angelum, sed angelorum primum, in diabolum commutauit. Si sic actū est cum angelis, quid de te erit terra & cinere? Illi in cœlo super

L ũ bie.

REMEDIA

bieruñt, tu vero in sterquilinio: quis non tollerabiliorem in diuite superbi-  
am, quam in paupere ducat? Si tã du-  
re in beatos illos angelos animaduer-  
sum est, quoniam elatũ fuerat cor eo-  
rum: quam grauiã de te exigẽtur sup-  
plicia & misero & superbo? Certº esto  
eum qui superbis nõ pepercit angelis,  
superbis quoq; hominibus non parci-  
turum. Non est contrarius sibiipsi, nõ  
est personarũ acceptator, similia sunt  
iudicia eius: sola ei placet siue in ange-  
lo, siue in homine humilitas.

✠ Consydera singularẽ domini Dei  
tui IESV CHRISTI humilitatẽ, qui  
pro te exinaniuit semetipsum, factus  
obediens patri vsq; ad mortem, eamq;  
ignominiosissimam, nempe crucis. Au-  
gustinus: Remediũ elationis, est cõ-  
tuitus Dominicæ crucis. Et quantũ-  
cunq; te humiliaueris ( inquit Bernar-  
dus ) CHRISTO humilior nõ eris: qui  
non venit ministrari, sed ministrare,  
voluitq; in terra esse nouissimus viro-  
rum, qui in cœlis est gloria beatorum  
& domi,

CONTRA SVPERBIAM

& dominus Angelorū. De quo Lucas  
 Et erat (inquit) subditus illis: quis  
 quibus? Nimirum Deus hominibus,  
 magister discipulis. Dei patris sapiētia  
 fabro & fāmīnæ. Deus (inquā) Deo  
 patri coalitissimus, cui angeli subditi  
 sunt, cui principat⁹ & potestates obe-  
 diūt, subditus erat Mariæ: nec tantum  
 Mariæ, sed etiam Ioseph propter Ma-  
 riam, Quod Deus foemīnæ obtempe-  
 rat, o humilitas absq; exemplo. Disce  
 igitur o homo obedire, disce terra sub-  
 di, disce puluis obtemperare: disce hu-  
 militatem o Christiane a CHRISTO  
 domino & Deo tuo, qui mitis est et hu-  
 milis corde: qui pro te vsq; ad terram,  
 imo vsq; ad inferum descendit. Erube-  
 sce superbire vilissima creatura, cuius  
 gloriosissimus creator a deo humilis fu-  
 it. Deus e cœlo vsq; ad terras descēdit  
 se humilians: tuñe ex sterquilinio su-  
 pra Deum tuū ascēdes superbiēs? De-  
 us humilis est, superbusne eris vilis  
 homūcio? Caput humile, membrūne  
 erit superbum? Deus se humiliat, &

L iij      tu te exal

REMEDIA

tu te exaltas? Deus se hominibus sub-  
 dit: & tu dominari gestiens hominib<sup>9</sup>  
 tuo te præponis auctori? Quoties em̄  
 hominibus præesse desyderas, toties  
 Deum tuum præire contendis. Si ho-  
 minis (o homo) imitari dedignaris  
 exemplum: certe non erit tibi indignū  
 sequi Deum creatorē tuū: qui non so-  
 lum rea ratiōe in carne apparuit vt nos  
 per passionem suam redimeret, verū  
 etiam vt nos per conuersationem do-  
 ceret. Exemplum sequentibus se præ-  
 bens, rex fieri noluit, oblatam culmi-  
 nis gloriam fugit, præcepitq; discipu-  
 lis suis, vt nemini dicerent, quod ipse  
 esset IESVS Christus filius Dei viui:  
 & tandem poenā probrosæ mortis ap-  
 petiuit, vt membra eius discerent fauo-  
 res mundi fugere, terrores minime ti-  
 mere, pro veritate aduersa diligere, &  
 prospera formidando declinare. Quid  
 em̄ in causa fuit, aut quæ fuit necessitas  
 vt exinaniret se, humiliaret se, abbre-  
 uiaret se dominus maiestatis: nisi vt  
 nos Christiani simili faceremus? Om-  
 nis em̄

## CONTRA SUPERBIAM

his em̄ CHRISTI actio, nostra fuit in-  
structio. Augustinus, Christianus no-  
minis Christi similitudinē tenet, mo-  
rum quoq; similitudinē habere debet,  
ideo Christianus nemo recte dicitur, ni-  
si qui CHRISTI moribus coequatur.  
Idem, Christiani nomē ille frustra for-  
titur, qui Christum minime imitatur,  
quid enim prodest vocari quod non es  
& nomen tibi vsurpare alienum? Sed  
si Christianū te esse delectat, quæ Chri-  
sti sūt gere, & merito tibi Christi ai no-  
men assume. At fortasse non esse, sed  
vocari desyderas, hoc satis miserum et  
foedum est, te velle vocari quod nō es.

↳ Considera q; MARIA & om-  
nes sancti & sanctæ potissimum Deo  
placuerunt humilitate, suntq; a terra  
in cœlum exaltati, quia seipsos humi-  
liauerunt. Sicut vicissim dæmones, q;  
se exaltare voluerunt, e cœlo in infer-  
nū vsq; & terræ viscera deturbati sunt  
Augustinus. Humilitas homines san-  
ctis angelis similes facit, superbia vero  
ex angelis dæmones fecit. Bernardus

L iij Super

REMEDIA

Superbia de superis ac coelestibus ad  
 ima praecipitat, humilitas ab imis ad  
 alta eleuat, angelus in caelo ad tartara  
 corruit, homo in mundo ad caelum ascen-  
 dit. Augustinus. Diabolus superbus  
 hominem superbientem perduxit ad  
 mortem, CHRISTVS humilis hominem  
 obedientem reduxit ad vitam, quia sicut  
 ille elatus deiecit contentientem, sic iste  
 humiliatus surrexit, & erexit credentem.

¶ Considera nihil tibi esse quod a Deo  
 non acceperis, si autem accepisti, quare  
 gloriaris, praesertim de fluxis & ca-  
 ducis, quae facile perdi possunt. Pro-  
 bus tanto maiores gratiae Deo agende  
 sunt, quanto excellentiora dona ab eo  
 acceperis, sin secus, multo amplius da-  
 naberis.

¶ Considera quod de temporalibus  
 bonis fluxis & caducis non est tibi oc-  
 casio superbiendi, utpote quae a Deo ti-  
 bi data sunt, aut ut ad meliorem vitam  
 te prouocent, & dum a Deo multorum  
 bonorum promissore aliquid praesens  
 accipis, ad aeterna & inuisibilia speran-  
 da p-

CONTRA SUPERBIAM

da prouocaris. Aut quæ tibi data sunt in cumulum damnationis æternæ, ut tu malus cum sis, & in vita tua bona recipias, dum per ea ad Deum non cōuerteris, ob eadem amplius dāneris.

**C**onsydera quod forsitan tu damnaberis, ille autem quem despicias, & cuius respectu superbis, saluabitur, & quod forsitan habet aliquam virtutem occultam, qua tu cares, cuius causa est te dignior & Deo charior. Parūper expecta, & veniet mors, quæ illum tibi efficiet parem, quæ illū tibi equabit. Omnes enim impares nascuntur, natalium quidem conditione, omnes autem pares moriuntur, mortis quidem necessitate, præterquā quod post mortem de pluribus rationem reddēt, qui in præsentī vita maiores fuerint, & plura bona temporalia receperint.

**C**HRYSTOSTOMVS: Intuere nūc sepulchra superborū, & vide si est aliquid in eis iactantiæ suæ vestigiū, si aliqua diuitiarum vel luxuriæ signa cognoueris, Require nunc vbi vestes

REMEDIA

& ornamenta peregrina, vbi spectaculorum voluptas, vbi asseclorum turbæ Conuiuiorum cessit opulentia, risus, iocus, & immoderata atq; effrenata lætitia quo abiit? quo recessit? Vbi illa nunc & vbi ipsi? Quis finis vtrorumq; In tuere diligentius, & accede propius ad singulorū sepulchra, vide cineres solos & foetidas carnes, vermiumq; reliquias, & recordare hunc esse corporū finem, etiam si in delicijs & lætitijs, etiam si sine labore & cōtinētia transegerint vitam. Atq; vtinā res omnis, omnisq; causa nostra vsq; ad cineres veniret & vermes, parua viderentur hæc damna, & quæ facile excusare possit naturæ conditio, Nunc autem cōuertere oculos tuos ab his cineribus, & sepulchris, & reuoca cogitationem tuā ad illud diuini iudicij tribunal horrendum, vbi fletus & stridor dētium, vbi tenebræ exteriores, vbi vermis ille cōscientiæ qui nunquā moritur, & ignis qui nunquam extinguitur.

CAVGUSTINVS, Diuitijs, florib; & maio

CONTRA SUPERBIAM

& maiorū nobilitate te iactas, & exultas de patria, & pulchritudine corporis, & honoribus qui tibi ab hominibus deferuntur. Respice teipsum quod mortalis es, & quod terra es, & in terrā ibis. Circumspice eos, qui ante te similibus splendoribus fulsere. Vbi sunt qui ambibant civium potentatus? Vbi insuperabiles imperatores? Vbi qui conuentus disponebāt & festa? Vbi equorum splendidī inuectores? Vbi exercitū ducēs? Vbi satrapę tyrānici. Nūc omnia puluis, nunc omnia fauilla, nūc in paucis versibus eorū vitę memoria est. Respice sepulchra, & vide quis seruus, quis dominus, quis pauper, quis diues. Discerne (si potes) vincitū a rege, fortem a debili, pulchrum a deformati. Memor sis itaq; ne extollaris aliquando, memor autem eris, si teipsum respexeris.

**C**onsydera nūc quā friuola, quā caduca, quam vana, quam fictilis sit gloria mundana, quia leuiter volat, leuiter penetrat, leuiter præterit, nec ta-

men

REMEDIA

men leue infligit vulnus, sed cito inter  
ficit, & ex temporali gloria in eternā  
commutatur confusionem.

**T** Quisquis es qui honorum cupidi-  
tate tantopere ardes, considera primū  
a quibus hi honores tibi deferuntur.  
Nempe aut metu, ab ijs qui te metuūt,  
& vicissim eo ipso nomine tibi sunt  
metuendi, & ab illis est tibi cauendū.  
Aut spe alicuius vtilitatis, quam ex te  
consequi sperant, & sic te derident, nō  
enim honores illos tibi ex animo defe-  
runt. Aut ignorantia, & quoniā ipsis  
nullum sit honesti & inhonesti discrimen,  
ideoq; mirantur res nihili, & nul-  
lo honore dignas, & sic es miserandus  
potius, quam mirandus. Secundo cō-  
sidera ob quæ hi tibi deferūtur hono-  
res, nēpe aut ob media, vt sunt forma,  
vires, opes, genus, & similia, quæ quia  
a natura sunt, idcirco de ijs neq; lauda-  
mur neq; vituperamur: Aut ob turpia  
a turpibus laudaris, quod ingens est  
probrum, non honor. Tertio consyde-  
ra cui honores isti deferuntur, nempe  
tibi aut

CONTRA SVPERBIAM

tibi aut indigno aut digno, si indignus es istis honoribus, & falso opinantur homines te ijs dotibus ornatū, quibus honos debeat, eo ipso nomine nō est tibi materia superbiendi, quin potius humiliter de te sentiendi, & curandi, vt fias id quod illi te putant esse. Si dignus es qui lauderis, honores tuos in Deum refer, cui debes & illa ob quæ honos tibi tribuitur. Tam non conuenit tibi arrogare honorem, quam non conuenit tibi arrogare virtutem, quæ deforsum est, descendens a patre luminum. Quicquid hic fauoris captas, quod ad Deum non retuleris, ipsi furaris. Quid autem nequius seruo usurpante sibi gloriam domini sui? Vnde putride puluis & vermis inutilis, gloria tibi?

**C**onsydera quam tibi stultum sit, pretium tui de homuncionum opinione metiri, quibus in manu est, simul atq; ipsis placuerit, hoc ipsum honoris quod largiuntur, rursus auferre, ac te modo honestatum de honestare. Si in  
eorum

## REMEDIA

eorum labijs gloriam tuam posueris,  
 modo magnus eris, modo paruus, mo-  
 do nullus, secundum quod adulantū  
 linguis placuerit vel vituperare te, vel  
 laudare. Stultum tibi est thesaurū tuū  
 tibi recondere, & vnde resumere non va-  
 leas cum volueris, sed ab ijs mendica-  
 te incipias, quibus illum seruandū cre-  
 dideris. Itaq; gloriam tuam pretiosissi-  
 mum animę tuę thesaurum, ipsi Deo  
 potius seruandam repone, qui potens  
 est depositum in tempus suum serua-  
 re, qui cautus est in custodiendo, & fi-  
 delis in restituendo. Si humanam cō-  
 temperis, secura erit tibi gloria a Deo  
 eam seruabit viuo, restituet defuncto.

**¶** Considera mundanos honores cū  
 pessimis & sceleratissimis hominibus  
 esse communes: imo nullis fere cōtin-  
 gere copiosius quam indignissimis.  
 Itaq; eum solum honorem esse deputa  
 qui a vera virtute proficiscitur: quem  
 etiam interdum fugere oportet, sicut  
 verbo & exemplo nos docuit Christus  
 Vnicum autem honorem & hominī  
 Christianae

CONTRA SUPERBIAM

Christiano expetēdū esse nō ab homi-  
nibus, sed a Deo collaudari. Non em̄  
quem homo commēdat, is probatus  
est, sed quem Deus commendat,

**¶** Quisquis es, qui præesse affectas,  
primos quæris accubitus, & Ecclesia-  
sticorum graduum celsitudines ambis  
ipsis etiam angelicis humeris formidā-  
das, consydera quam sint transitoria  
quæ apperis, quam æterna quæ perdis  
Quid enim prodest paucis diebus re-  
gnare super terram, & regno cœlorū  
æterno priuari? Quomodo alijs præ-  
esse poteris, qui tibi subesse non didi-  
ceris? alijs dominari, qui tibi domina-  
ri nescias? Quod si per te steterit, quo-  
minus vnus quispiam ex ijs qui curæ  
tuæ committi sunt, saluetur, quomodo  
saluari poteris? Quomodo de alijs red-  
des rationem, qui de te vix possis eam  
reddere? Quam innumeris peccatis  
te ipsum cumulas, qui addis peccata  
peccatis, ad quæ etiam accedunt sub-  
ditorum tuorum peccata, quæ in tu-  
um redundant caput, Vnde duris-  
simum fiet iudicium, ijs qui præsun-

## REMEDIA

Eze. 33.

potentes enim potēter tormenta pati-  
entur: de quorū manibus subditorum  
peccata requireret Deus.

¶ Consydera quod qui contendunt  
supergrēdi proximos, multas inueni-  
unt difficultates, multos habent emu-  
los, multos insidiatores, multos contra-  
dictores. Nihil autē facilius est volenti,  
quam humiliare seipsum. Vnde rex  
quidā traditam sibi coronam regiam  
priusquam suo capiti imponeret, diu in  
manibus retentam considerauit, ac di-  
xit. O nobilem magis quam felicē co-  
ronam, quā si quis penitus cognoscat  
quam multis sollicitudinibus & pericu-  
lis & miserijs sit referta, ne humili qui-  
dem iacentem tollere vellet,

¶ Consydera o superbe, quod nulli  
cuiquam places. Non Deo, quē habes  
aduersariū, qui superbis resistit, & hu-  
milibus dat gratiam. O quale malum  
est, quod aduersariū habet Deū, Non  
humilibus, qui humilitatis amatores  
tuam exorrēt superbiā. Non alijs sup-  
bis tui similibus, qui eo ipso nomine  
quo te

CONTRA SVPERBIAM

quod te exaltas & extollis, tibi inuident, hoc metuētes, ne ipsīs videri possis vlla in re beatior. Nō etiam tibi ipsi tandem placebis: nec in hoc seculo, cum ad te reuersus vilitatem tuā agnoueris, & cum in teipso nihil penitus inueneris, vnde possis aliquo modo gloriari, nec in futuro seculo, cum ob superbiam tuam in æternum ardebis.

Bernardus, O homo ( inquit Deus ) si te videres, tibi displicerēs, & mihi placerēs, sed quia te nō vides, tibi places, & mihi displices, veniet dies quādo nec tibi nec mihi placebis, mihi quia peccasti, tibi, quia in æternum ardebis. Soli diabolo tua placet superbia, qui superbus est valde, qui ex speciosissimo angelo præ superbia in teterrimū dæmonem est commutatus, teq; simili modo sibi similem tentat efficere.

**C**onsydera peccata tua, quorum causa quodcunq; supplicij genus commeruisti, nec dignus es pane q̄ uelceris. At dixeris, de peccatis meis confessus sum, Verum quidē dicis, sed qui scis,

uq; sibi

M

si con.

si conuertatur & ignoscat Deus, & relinquat post se benedictionem?

**C**onsydera q̄ certo & euidenter nescis, an toto vitæ tuæ tempore opus meritorium feceris, quia sæpe vitia virtutis speciem præ se ferunt, quia sæpe inanis gloria totū opus alioqui bonū & meritorium, vitiat, quia sæpe iustitia nostra ad examen diuinæ iustitiæ deducta, iniustitia est, & plerunq; sordet in conspectu districti iudicis, quod in oculis fulget operātis. Alia em̄ sunt iudicia hominum, alia iudicia Dei, cui gratior est peccator humilis, quam iustus superbus.

**C**onsydera quod forsità plura mala fecisti quam bona, & si qua bona fecisti, tāta indeuotioni permista fuerūt, vt de ijs plane non possis gloriari. Nam vix sine aliquo peccato est, quod laudabiliter gessimus, si remota pietate iudicemur. Gregorius, Væ laudabili vitæ hominum, si remota pietate iudicetur, quia vnde ante oculos iudicis se place re suspicatur, obruitur. Mala enim no  
stra pu

90

CONTRA SVPERBIAM

pura sunt mala, ex pluribus circumstantiis graua, & grauibus supplicijs digna, bona aut nostra non sunt pura bona, sed multis impuritatibus sunt admista.

**C**onsydera quod Deus est, qui in te vel tecum operatur, vt bona opera opereris, qui dat tibi & velle & perficere, sine quo nec cogitare quidem potes aliud quod bonum, sine quo nec surgere ad bonum, nec stare in bono potes, cuius virtute necesse est tenearis, qui eius manu erectus es, secundum cuius gratiam, ibi datam aut vltro oblatam, negligenter nec satis fideliter operatus es. Vnde non tibi, sed Deo, eorum operum gloriam ascribere debes, ne cum hic temporalem gloriam pro mercede receperis, in futuro eternam gloriam, aliqui ratione illorum bonorum operum habendam, cum operibus tuis perdas. Nemo enim potest & temporalē gloriam presentis seculi, & eternam venturi seculi habere, & in terra simul & in caelo gloriosus esse. Quid enim æternæ mer

na mercedis habere speras in cœlo, q  
 temporalem mercedem volueris reci-  
 pere in mūdo? Mundanā gloriam tibi  
 ab hominibus impendi maluisti, & iā  
 cœlestem gloriam æternāq; tibi a Deo  
 impendendam, perdidisti. Gregorius.  
 Cum pro recto opere laus transitoria  
 queritur, æterna retributione res digna  
 vili pretio venundatur. De quo videli-  
 cet pretio percepto veritas dicit, Amen  
 dico vobis, receperunt mercedem suā.  
 His amplius plerunq; putas opus esse  
 bonum, quod malum est, vel maius  
 esse, quam sit, vel meritoriū esse, quod  
 non est, vel maioris esse meriti apud  
 Deum, quam sit. Hostis em̄ nostri ma-  
 litia tanta arte se palliat, vt plerunq; an-  
 te deceptę mentis oculos culpas virtutes  
 fingat, & inde quisq; quasi expectet  
 præmia, vnde æterna dignus est inue-  
 nire tormenta. Plerunq; em̄ quod ho-  
 minibus altū est, abominatio est apud  
 Deum. Igitur si diligenter consydera-  
 ueris, de omnibus operibus tuis potius  
 debes formidare, quam gloriari. Iuxta  
 illud Iob, Verebar omnia opera mea,

CONTRA SUPERBIAM  
sciensq̄ non parceres delinquenti.

¶ Methodus uitandi su-  
perbiam.

**Q**uoniam de ignorantia tui na-  
scitur in te superbia, cum meli-  
orem aut beatiorē quam sis, decepta  
& deceptrix tua cogitatio te esse men-  
titur, & in tuis oculis maior es, quam  
apud Deum, quam in veritate. Idcir-  
co nascenti superbię veracitrs aut com-  
modi<sup>9</sup> occurrere nō potes, quā si in ve-  
ritate teipsū noueris, quā si teipsū in-  
ueneris. Tātū te ad lumē v̄itatis discer-  
tias teipsū sine dissimulatione inspicias, &  
sine palpatōe dijudices. Ne tibi ipsi de  
te metiaris, ne in spiritu tuo sit dolus.  
Nā quomō nō vere hūiliaberis in hac  
vera tui cognitione, cum te perceperis  
oneratū peccatis, mole huius mortalis  
corporis aggrauatū, terreris intricatū  
curis, carnalium desyderiorū fece infe-  
ctum, implicitum mille erroribus, ex-  
positum mille periculis, mille timori-  
bus trepidū, mille difficultatibus anxī

M iij um

um, mille suspiciōibus obnoxium, mille necessitatibus ærumnosum, procliuē ad malū, difficilem ad bonum.

✠ Non est periculum ne nimis te humilies, ne nimis humiliter de te sentias, ne minorem te existimes, quam sis. hoc est, quā te veritas habeat. Vicissim grande est malū, horrendūq; periculū si vel modice plus æq; te extollas, si vel vni etiam in tua cogitatione te præferas, quem forte parem tibi veritas iudicat, aut etiam superiorem.

✠ Qd' si videris aliquem aperte peccare, vel aliquē grauiā perpetrare: non tamen debes te meliorem existimare, quia nescis quādiu possis in bono stare. Omnes fragiles sumus, neminem tamen teipso fragiliorem existimabis.

☉ Aliorū virtutes magis considera, quam vitia: quia in eo plenitudo constat humilitatis. Nā quāuis in aliquo maior tibi sit a Deo data gratia, quam proximo tuo: tamē si recte perpendas, in multis te iudicare poteris inferiorē. Quid em̄ supra proximū tuum superabis, si la

CONTRA SUPERBIAM

bis, si labore aut ieiunare plus potes,  
quam ipse, cum superet te pacientia,  
humilitate præcedat, charitate superemineat: Eris itaq; magis sollicitus, vt  
vt scias quid desit tibi, & quid alteri in-  
sit, quã quid tibi insit, & qd alteri desit  
& hæc cogitatio te in humilitate custo-  
diet, & proficiendi desyderio accēder  
Quod si tecum reputaueris, quid tibi  
habere videaris, quo alter quispiam ca-  
reat, te in superbiam eriges, dū alteri  
te præpones: hinc proficere negliges,  
dum te magnum & excellentem arbi-  
traueris: hinc deficere incipies, dū alte-  
rius comparatione etiam nimis egisse  
tibi ipsi videberis: sicq; in tepeditatē  
incides, & remissius solito agere inci-  
pies.

☞ Qd' si sapiēti iudicio nec temera-  
rio te donū quodpiam præ ceteris ha-  
bere agnoueris: tunc duntaxat de eo  
cogitabis, cum ea causa Domino Deo  
tuo voles gratias agere, & eidē te agno-  
scere debitorem: aut dum gratia conso-  
lationis in Deum vt ab eo maiora spe

res, alia ex causa imminētē tristitiam  
eius doni cōsyderatidē volēs ppellere.

**C** Cum aliquod bonū opus operat<sup>9</sup>  
fueris: crede de alijs meliora vt humili  
eris, & humilitatē seruare possis.

**C** Si pro aliquo bono opere senseris  
mentem tuam intus arcana quadam  
voluptate supra modum extolli: tūc tē  
poris valde tibi est cauendum, ne phi  
lauria (id est tui ipsius amor & cōpla  
centia) opus bonū ad Dei gloriam fa  
ctū quoquo modo cōtaminet, neue  
inanis gloria omniū bonorū consilio  
rum pestis illud corrumpat. Sed nihil  
tuis meritis arrogans, totū illud gratu  
itā Dei beneficentiā feres acceptū, teq;  
ipsum protinus verbis Pauli reprimis  
Quid habes quod nō accepisti? & si ac  
cepisti, qd gloriaris, q̄si nō acceperis?  
**C** Qd si de eo bono opere gloriari  
vis, gloriare in Domino: id est omne  
illud opus bonū Deo ferens acceptum  
illius operis causa soli Deo placere des  
syderabis, qui solus consciētia arbiter  
est, & cui placere sola verā & summa  
gloria est. Quic

CONTRA SUPERBIAM

**Q**uicquid in te magnū, quicquid pulchrū, quicquid erit præclarū, id dei munus, nō tuū esse bonū ducas. Cōtra quicquid humile, quicquid sordidum, quicquid prauū in te fuerit, id totum ad te tantum referes.

**O**pera bona quæ raro & a paucis fiunt, quā optime poteris occultes: sic vt nesciat sinistra, quid faciat tua dextera. Facile em̄ est eorū appetere inanē gloriam, quæ palam fiunt.

**D**um animū tuū in superbā erigi senties, mox tua ipsius mala vertes in remediū, quasi venenū veneno pel- lens, si ingēs aliquod corporis aut ani- mæ tuæ vitiū, & quod animū tuū ve- hementer remordeat, ob mētis oculos proposueris, & pavonis exemplo ea tui parte contempleris teipsum, qua es de- formissimus.

**N**e te ipsum æstimaueris ex alio- rū laudatione, sed de tua ipsius consci- entia. Si te laudari audies, teipsum in- terroga, an talis sis, qualē alij prædicāt

**Q**uod si animus tibi respondeat, te longe

M v alium

REMEDIA

alium esse quā ipsi te faciūt, magis cre-  
de tibi ipsi cui notior es, quā alijs. Qd  
si te talem esse agnoueris, nihilomin⁹  
quantū in te est scuto veritatis cures a  
te repellere iaculum fauoris, dans Deo  
gloriam, & dicēs: Gratia Dei sum id  
quod sum, Probes ipse opus tuū, & sic  
habebis gloriā in temetipso, nō ī altero

**C** Contra cæcam superbiā, de te hu-  
militer senties, contra vanam gloriam  
aliter sentiētibus non consenties.

**C** Iustus tutiusq; est vt nouissimū  
locū eligas, de quo postmodū cū hono-  
re superi⁹ educaris: quā vt primos que-  
ras accubitus, vnde cedere mox oportet  
cum rubore.

**C** Quanto maior es, tātō te geras sū-  
missius: non em̄ magnū est in abiecti-  
one humilem esse: magna prorsus &  
rara virtus humilitas honorata. Itaq;  
si egregius es, esto tamen de grege: si  
o omnib⁹ præes, nō dedigneris subesse:  
subditos tuos, homines memineris, nō  
pecudes: q; tibi subditi sunt, meritis  
tuis nō accidit, q; aut homines sunt, in  
hoc tie

CONTRA SUPERBIAM

hoc tibi natura pares sunt. Humilitas in honore, ipsius honoris honor est, & dignitatis dignitas. Omnis dignitas ipsa dignitatis nomine indigna est, si humilia dedignatur.

**¶** Si virtutem expetis humilitatis, viā non refugies humiliationis: si non pateris humiliari, non poteris ad humilitatem prouehi. Quamuis em̄ multi sint humiliati, qui humiles nō sunt, tamen humiliatio viā est ad humilitatem sicut patientia ad pacē, lectio ad sciētiā

**¶** Acquiesce Deo, & sit voluntas tua subdita veritati: nec te vere putes tuo subiectum esse creatori, cui debes totū quod es, & totum quod habes, qui & fecit te, & benefecit tibi: nisi & humanae creaturae propter eum sis subditus, superioribus inquā & prelatiis tuis.

Qd' si vis in iustitia esse perfectus: vade ad iuniorem & defer inferiori honorem, & iuniori te inclinatio.

**¶** Propriū abhorre cōsiliū, & proprie voluntatis effectū: superiorū & sapientiorū acquiesce cōsilio, quibus vere humilis.

REMEDIA

nilis dat suum velle & suum nolle.

✠ Cor tuū triplici timore replebis: vt timeas quidem pro accepta gratia, amplius p̄ amissa, longe plus pro recuperata. Time cū arriserit gratia, ne indigne opereris ex ea. Time cum abierit, quia vbi deficit gratia, ibi deficiēs tu, custodia tua te reliquēte. Time si amissa denuo redierit, ne forte contingat te recidiuum pati. Non potes simul & sic timere, & altū sapere: non potes admittere superbiam repletus timore Domini.

✠ Patientiam habe in aduersis: verū humilem patientia ostendit iniuriā: sicut nos exēplo suo docuit CHRISTVS qui cum malediceretur, nō maledicebat: cū pateretur, nō cōminabatur.

Ⓔ Ne despexeris, neue irriseris miserum: id em̄ arrogantis stultitię magnū est argumentum, præsertim cū calamitas misericordiam mereatur, nō cōuictū.

✠ Cauendū tibi est, ne vestis tibi sit vanitate aut curiositate nimis exquisita, aut pretiosa nimis: qui em̄ diligit vestimentum nimis splendidū, cogitationes

HVMILITAS

tionēs humiles habere nō potest, & ne  
 mo quærit vestimenta supra modū pre  
 tiosa, nisi ad inanem gloriā, qui ea nō  
 induit, vbi ab hominib⁹ videri nō pōt  
**C** Cauendam etiam tibi est, ne vestis  
 tibi sit vilior & humilior, quā equū sit,  
 ne fugiēdo gloriā, eandem videaris  
 querere. Plures em̄ in hoc ipso cupiūt  
 placere, q̄ placere negligunt, & dum  
 laus vitatur, mirum in modū appetit.  
 Itaq; nec nimium sis luxuriosus in ve  
 stitu, nec nimium sordidus, sed eleganti  
 munditiæ. Vere humilis humilia nō  
 dedignatur ministeria, quasi seipso in  
 digna, sed libenter ad humilitatis suæ  
 custodiam humilia obire munera nō  
 recusat, qui se in oculis suis vilem exi  
 stimat.

**C** De Humilitate.

**H**umilitas est cōtemptus ppriæ  
 excellentiæ. Temperat em̄ & re  
 frenat animum, ne im moderate tēdat  
 in excelsa. Quæ attrahit & dat homi  
 ni cæteras virtutes, earum fortissima  
 con-

HUMILITAS

conseruatrix perite in quod agitur, nisi  
 si humilitate costodiatur, sicut vicissim  
 superbia omnium vitiorum mater est  
 & alumna. Bernardus. O humilitas  
 regina virtutum, vitiorum mors, nutrix  
 virtutum, scientie decor, religionis vi-  
 gor, trinitatis hospitium, sancti spiritus  
 receptaculum. Beato Antonio cum  
 ostensa fuissent retia, quae diabolus per  
 totum mundum extenderat, dicenti, Quis  
 potest euadere ista? Responsum est, hu-  
 militas. Super quem enim requiescit spi-  
 ritus Domini, nisi super humilem &  
 quietum & trementem sermones eius?  
 Bernardus, Laudabilis virtus virgini-  
 tas, sed humilitas magis necessaria,  
 potes sine virginitate saluari, sine hu-  
 militate non potes. Potest (inquam)  
 placere humilitas, quae virginitatem de-  
 plorat amissam: sine humilitate (audeo  
 dicere) nec virginitas MARIAE pla-  
 cuisset: quia etiam ut placeret virgini-  
 tas, humilitas proculdubio fecit. Vera  
 autem (inquit Augustinus) fidelium hu-  
 militas est, in nullo superbire, in nul-  
 lo mur

lo m  
 que  
 cis g  
 re: cu  
 benig  
 tas ob  
 la hu  
 uit pr  
 uit. C  
 bus, f  
 one g  
 culis  
 quia  
 quod  
 buer  
 C T  
 Subde  
 Subde  
 Subde  
 C  
 to ma  
 ad D  
 mag  
 ter o

## HUMILITAS

lo murmurare, nec ingratum esse, nec querulum: sed in omnibus Dei iudicijs gratias Deo agere, Deumq; laudare: cuius omnia opa aut iusta sunt, aut benigna. Perficitur summa humilitas obedientia, & iniuriæ patientia: sola humilitas non solet gloriari, non nouit præsumere, contendere non cõsueuit. Gregorius, Sicut superbi honoribus, sic plerunq; humiles sua despectiõne gratulantur: cunq; se in alienis oculis viles aspiciunt, idcirco gaudent quia hoc iudicio confirmari intelligunt quod de se & ipsi apud semetipsos habuerunt.

### ¶ Tres sunt gradus hūilitatis.

*Subdere se maiori, & non præferre se æquali.*

*Subdere se æquali, & non præferre se minori.*

*Subdere se minori, & nulli se præferre,*

¶ Per hos humilitatis gradus quanto magis quis descenderit, tanto magis ad Dei similitudinem ascendit. Qui magnus manens super omnia, fieri inter omnia dignatus est paruulus: ideoq; ad eius

HVMILITAS

ad eius non ascenditur altitudinē, nisi per humilitatem: cui propinquat subditus, & longe recedit elatus, ad quē redire nō possumus nisi humilitate, a quo nos superbia & inobedientia exturbauit. Hęc sola est via ad Deū, & non est alia pręter ipsam: qui aliter vadit, cadit potius quam ascendit, Sola ē humilitas quę exaltat, quanto em̄ q̄s est abiectior in hoc seculo, tanto magis exaltabitur in futuro. Omnis em̄ qui se exaltat, humiliabitur: & omnis qui se humiliat, exaltabitur,

DE AVARITIA.

**A**varitia est sua illicite retinere, aut aliena concupiscere,

**C**uius species sunt quatuor.

*Ipse aliena nimis desidero, multa dolose  
Acquiro, non restituo male parta, tenax sum.*

**C**Peccant per auaritiam.

*Desi deriū  
alieni.* **C**Qui iniustam habent voluntatem accipiendi seu retinendi alienum. Spes enim

## DE AVARITIA

enim adipiscendorū seu retinendorū temporalium, charitatis venenū est.

**¶** Qui inordinatū habent appetitū pecuniam, aut superflua bona acquirendi quo iure quāq; iniuria.

**¶** Qui voluntate deliberata appetūt sacerdotia, dignitates, & bona temporalia, vt suis voluptatibus commodius indulgeant,

**¶** Qui iniuste & per illicitū cōtractū diuina vel humana lege vetitū, vt per simoniam, rapinam &c. acquirūt bona, aut per opa quæ sūt peccata mortalia, vt per adulterium, lenociniū &c.

*Iniusta ac  
quisitio:*

**¶** Qui iniuste detenta aut possessa restituerē nō volunt, qui tantisper in peccato manent, donec alienū restituant, dūtaxat si restituendi habent facultatem. Non enim dimittitur peccatū, nisi restituatur ablatum. Qd' si restituendi non adsit facultas, sufficit contritio, cū proposito restituēdi quādo erit facultas.

*Retentio  
alieni.*

**¶** Qui parati sunt facere cōtra mandata Dei, atq; bona tēporalia amittāt.

*Tenacitas.*

**¶** Qui ex affectu auaritiæ, & nō ad

**N**arcendā

## DE PECCATO

arcendam propriam aut alienam egestatem thesaurizant, Quod in viris ecclesiasticis multo est damnabilius, bona enim Dei patrimonium est pauperum eius. Ambrosius, Aurum habet Ecclesia, non ut seruet, sed ut eroget.

¶ Qui præ insatiabili habendi cupiditate adeo tenaces, parci, et auari sunt ut proximo opera misericordiae exhibere nolint, & in necessitate constituto subuenire, vbi charitas & recta ratio naturalis dictant esse adimplenda, & vbi id possunt facere commodissime, licetque per facultates.

¶ Qui sibi ipsi adeo crudeles sunt, ut suis bonis sibi non subueniant, & in medijs opibus indigeant, ipsi quoque desunt tam quod habent, quam quod non habent, nec bona possident sed ab ipsis possidentur

### ¶ Rami Auaritiae.

*Inde doli, curae, periuria, fractio legum.*

*Innumeræque alia ducunt primordia culpæ.*

### ¶ Peccant ex avaritia.

*Frats.* ¶ Qui fraude & via illicita, quo iure

A V A R I T I A E

quæq; iniuria, diuitias accumulare cõstituant,

**¶** Qui maioris lucri gratia, merces aut simile quicquam fucant iniuste, & cum damno aliorum.

**¶** Qui assidue sunt solliciti qua via, siue iure siue iniuria, Dei timore præ oculis non habito, poterunt peruenire ad opes & sacerdotia. *Inq̃tudo*

**¶** Qui nimis anxie sunt solliciti, quo modo reliquũ vitæ suæ tempus victũ & vestitum nãncisci poterunt, nõ habẽdo spem in Domino, quod si digne ei inseruierint, omnia necessaria adijci et. Nam ipsa veritas Mathæi vi. ppri os discipulos docens, dicit, Nolite solliciti esse animæ vestræ, quid manducetis aut bibatis, aut corpori vestro, quid induamini, sed quærite primũ regnũ Dei & iustitiam eius, & hæc omnia adijcientur vobis. Si em̃ mandata mea seruaueritis, bona terræ comedetis.

**¶** Qui aliquid videntes maioris lucri causa iurant se tãti emisse, cũ tamẽ *Periurium*

minoris multo emerint, & ( vt simpli-

N ij citati

DE PECCATO

citati populari imponāt ) longe carius,  
quam sit equū merces suas indicant,

Fractio le  
gum.

¶ Qui pecunia adulterati & corru-  
pti, non iudicant secundū æquitatē &  
legis præscriptum, aut falsum ferunt  
testimonium.

clausuræ

Ex auaritia tanquā ex fonte innu-  
mera alia peccata ducunt originē, quæ  
superuacaneum foret hic inserere.

¶ Filia Auaritiæ.

*Furta rei sacræ grauiora, rei q; profanæ,  
Hinc usura, rapina, simonia, pignora sunt,*

¶ Peccant ex Auaritia,

Sacrilegiū

¶ Qui furantur clam, aut vi rapiunt  
sanctorum reliquias, eorum imagines  
vasa sacra, res mobiles vel immobiles  
ad vsum ecclesiæ vel ministrorū Dei  
mancipatas, quo modo rei sacræ ma-  
gna fit irreuerentia,

Furtum.

¶ Qui vel rem prophanam in loco  
sacro furantur.

¶ Qui alienum clam auferunt, aut  
inuentum non restitunt,

Qui a

A V A R I T I A E

**¶** Qui a parentibus pecunias aut aliud quicquam furantur.

**¶** Qui pecunias aut aliquid aliud dant foenori, vt post diem dictum, quod mutuo datum est recipiant, & vi mutui aliquid aliud vltra sortem, de qua vsura in praecipis dictum est. *vsura.*

**¶** Rapina hoc a furto interest, quod enim furtum clam & dolo aufert, rapina vi & violentia adimit. *rapina.*

**¶** Qui sacerdotia ecclesiastica aut emunt, aut vendunt, aut empta possident. Gregorius, Tunc tantum utilis est prepositorum custodia, cum spiritu Dei populo suo praesidet, & non solum greges, sed etiam ipsos dignatur custodire pastores. *Simonid.*

**¶** Qui pro spiritualibus & quae tantum habentur dono spiritus sancti, temporale lucrum ( vt pretium tantummodo ratione rei spiritualis debitum ) expectant, tametsi nulla facta est conuenticio vocalis. Quod Christianae religioni magnam affert iniuriam, vilipenduntur enim res spirituales, dum sub pretio ponuntur. **N** *iiij* **Hic**

REMEDIA

Hic notandum est, pecuniam simo-  
niace receptam non debere restitui ei,  
qui dedit, sed pauperibus erogari de-  
bere, vel illi Ecclesiæ in quam facta  
est talis iniuria.

Methodus detestandi Auaritiã.

**C**onsydera o auare, & terrenorũ  
bonorũ inexplicabilis gurgis, q̃  
Dominus & Deus tuus, omnium diui-  
tiarum plenitudo & thesaurus inex-  
haustus, ab inenarrabilibus cœli diui-  
tijs in hunc mundum descēdens, istas  
qualescunq̃ diuitias habere noluit, sed  
in tanta paupertate venit, vt ex paup̃-  
cula humillimac̃ MARIA virgine,  
nō exopulentissima regina, dignatus  
sit nasci. Natusq̃ non in operosis pa-  
latijs & molliculo lecto, sed in vilipræ-  
sepio sup foenum reclinari voluit rex  
regum & Dominus dominantiuũ: tot  
solummodo fascijs inuolutus: quot vir-  
guncula ad partum imparata secũ ge-  
strabat. Pauperesc̃ pastores infantem  
ipsum pauperem, cũ paupere MARIA  
matre

CONTRA AVARITIAM

100

matre, in paupere loco, non in pompo  
sa regia inuenerunt. His amplius tan-  
tis per dum in hac vita fuit, paupertatē  
semper amauit, & temporales diuitias  
cōtempfit, dum eas tanquā vilissimas  
custodi vilissimo iudæ traditori com-  
misit. Ad hæc accedit, q̄ pauperes sem-  
per amauit: elegit em̄ in apostolos su-  
os, non duces, non magnates, nō alios  
quosuis opulentos viros, sed pauperri-  
mos piscatores. O vere magna abusio  
& nimis magna, vt diues esse velit ver-  
miculus vilis, propter quem Deus ma-  
iestatis, & dominus sabaoth voluit pau-  
per fieri. Itaq; quicumq; propter Deum  
es pauper voluntarie & libenter, aut  
necessarie & patienter, vide pauperem  
CHRISTVM & pauperē MARIAM:  
& de paupertate tua accipies consolati-  
onem.

✠ Considera quā miserabilis sit tua  
abiectio & pusillanimitas: vt animā  
tuam ad imaginem & similitudinem  
Dei creatam, ad cuius pretium totus  
mundus æstimari nō potest, cuius cau-

N iiii sa mira

REMEDIA

fa mirabilem hanc mundi machinam  
 condidit Deus, pro his temporalibus  
 & caducis bonis perdas. Deus animā  
 suam pro toto mūdo dare noluit, quā  
 pro humana anima dedit: sublimius  
 est ergo animæ tuæ pretium, quā nō  
 nisi pretioso CHRIS TI sanguine redi-  
 mi potuit. Quid igitur tibi est cū terre-  
 nis diuitijs & gloria tēporali, quę nec  
 veræ nec tuæ sunt? Verę diuitię non  
 opes sunt, sed virtutes, quas secum por-  
 tat conscientia, vt in perpetuum diues  
 fiat. Tolle hominū errorem, quid erit  
 aurum & argentū, nisi terra crocea &  
 alba? Quod omnes philosophi genti-  
 les cōtēpserūt: hoc tu pauperis. CHRIS-  
 TI discipulus, & ad longe meliorem  
 cōlitionem vocatus, vt magnū quid-  
 dam admiraberis, ijsq; seruias. Qui em̄  
 (inquit Hieronymus) diuitiarum ser-  
 uus est, diuitias custodit vt seruus: qui  
 autem seruitutis excusserit iugū, distri-  
 buit eas vt dominus. Hoc em̄ interest  
 diuitias habere, & diuitijs seruire: ijs  
 si vti scias, tibi seruiunt: si vti nescias,  
 illis seruis,

Confy

CONTRA AVARITIAM

**C**onfydera, q̄ non potes duobus dominis seruire, Deo & mammonæ: quia non potest ad contēplandū Deū mens esse libera, quæ desyderijs huius mundi & cupiditatibus inhiat. Neq̄ enim oculus simul & cœlum & terrā conspicerere potest. Haud secus temporalibus præoccupatū animum delectatio sancta refugit: nec misceri poterūt vera vanis, æterna caducis, spiritualia corporalibus, summa imis, vt pariter sapias quæ sursum sunt, & quæ super terram. Pretiosa si quidem est delectatio diuina, nec omnino tribuit admittentibus alienam, Putasne te posse illum Dei spiritum suscipere, nisi carnis istis delectationibus renunciaueris? Vnde putas cordis tui inexplebilis cupiditas ducat originem, nisi ex inedia & obliuione? Idcirco em̄ alienum mēdicat anima tua, q̄ oblita sit comedere panem suum, propterea terrenis inhiat, q̄ minime cœlestia meditetur. Renuat itaq̄ consolari anima tua in terrenis, si vis in Dei memoria delectari.

N. v. Confy

REMEDIA

**C**onsydera, q̄ licet ea quæ mūdus aliquando suis amatoribus erogat, magna & honesta in præsentī seculō videri possint, tamen infida esse quis nesciat? Certa eorum est breuitas, & ipsius quoq̄ breuitatis quā finis incertus, sepe viuentem deserunt, morientem autē nunquam sequuntur. O seculū nequā quod solos suos sic solet beare amicos, vt Dei faciat inimicos, & indignos beatorum consortio. Plane em̄ qui amicus vult esse huius seculi, inimicus Dei constituitur.

**C**onsydera q̄ si in terrenarū rerū affluentia concupita felicitas arriserit, eo ipso infelicior es, quo vehementi⁹ ipsam pro felicitate amplecteris infelicitatem. Quantam putas infelicitatem hæc ipsa tam vana felicitas pariat? Diuitiarū em̄ amor insatiabilis lōge amplius desyderio torqueat animam (vt interim de pœnis æternis taceamus) quā refrigeret vsu suo: vtpote quæ pūgit animam, lacerat, & affligit, quoniam inducit eam in varias tentationes,

prouo

CONTRA AVARITIAM

prouocat ad peccandum, aufert charitatem, tollit quietē, & præterquã q̃ diuitiã momentaneã sunt, tamē fere sine labore mentis & corporis non acquiruntur, sine timore non possident, sine dolore non amittuntur. Nec fere vnquam ingentes diuitiã sine peccato, aut parantur, aut seruantur, & plerunq; accidit diuitem hominem iniqui aut dominum esse, aut heredem. Paupertas aut amatores suos nec intrinsecus per auaritiam vrit, nec extrinsecus per controuersiam ledit, sed sursum per desiderium accedit, suoseq; a gemina impugnatione (qua huius mundi amatores impugnantur) reddit securos, scilicet a propria inuidia & aliena. Paupertas em̄ dum putatur misera, aliena caret inuidia, & quia voluntaria est, nemini quicquam inuidet.

¶ Considera quã absurdum sit cordi tuo tam paruo, totum mūdum vix sufficere, cum illud ad vnus milui refectioem vix sufficiat. Quã tibi stultum sit & extremæ demētia, ea semp̄ appete

per appetere, quæ multiplicata nūquā  
 fatiant, sed ne minuunt quidem appe-  
 titum, imo potius auaritiæ sitim augēt  
 sicut potus hydropico. Et dū quicquid  
 talium habueris, nihilominus nō habi-  
 ta concupiscas, & ad ea quæ defuerint  
 semper inquietus anheles. Ita fit vt per  
 varia & fallatia mundi oblectamenta  
 vagabundus animus tuus inani labo-  
 re discurrens fatigetur, non satietur,  
 dum quicquid famelicus deglutierit,  
 parum reputat ad id quod superest de-  
 uorandum, semperq; nō minus anxie  
 cupiat quæ defunt, quam læte posside-  
 at quæ adsunt, nec prius satietur auro  
 quam corpus auro. Augustinus: Quæ  
 est ista auiditas concupiscentiæ, cū &  
 ipse belluæ habeant modū? tunc em̄  
 rapiunt, quando esuriunt: parcūt ve-  
 ro prædæ, cum senserint satietatem.  
 Infatiabilis est sola auaritia diuitum:  
 semper rapit, & nunquā fatiatur. Quæ  
 est illa animarū insania: amittere vitā  
 appetere mortē: acquirere aurum, &  
 perdere cœlum,

↳ Conly

CONTRA AVARITIAM,

**C**onfydera q̄ ubi sunt multe opes,  
 ibi etiam multi sunt qui expendunt eas  
 tam consumētium, quā subtrahentium.  
 Nec opulētissimus quisq; aliud in hoc  
 mundo habet præter victū, quē itidē  
 habes: de quo admodū tibi curandū  
 non est, si modo iactaueris cogitatū tu-  
 um in Domino, & eius curæ te penitē-  
 cōmiseris, qui non derelinquit speran-  
 tes in se. Qui em̄ sic fecit hominem, vt  
 alimentis egeat, nō patietur eū perire  
 necessariorū subtractiōe: Cū Dei bo-  
 nitas passerulos benigne & pascat &  
 vestiāt: hominē piū sibiq; fidētem de-  
 stituet scilicet? Præterea necessitati  
 pauca sufficiunt: vita brevis est, mors  
 p̄perat: quid tāto tibi opus est viatico?  
 quid tantis tibi opus est diuitijs? qui-  
 bus quo minus fueris onustus, eo ex-  
 peditius hāc tuā peregrinatiōm cōfite-  
 es. Ad cuius metā cū perueneris, ni-  
 hilo peius tecū actū erit, quā cū ditiori-  
 bus, qui plus viatici ad eandem viam  
 conficiendā secū detulerāt: nisi quod  
 aut nihil aut perparū tibi supererit, in  
 ipso

## REMEDIA

iplo peregrinationis exitu relinquendum. Illis aut̄ locupletissimi thesauri ad tam breue iter peragendum frustra coaceruati, non sine magna animi angustia in itineris meta relinquēdi erūt.

**C**onsydera o auare, quibus tātum pecuniarum aceruum parcis, quibus tantas opes accumulās, cum quantū libet laboraueris pro accumulandis bonis, tamen sicut nudus in mundum uenisti, ita nud⁹ de mūdo recedes. Inops natus es in hac uita, inops recedes de hac uita. Si bona huius mundi peritura credis, cur peritura tanto amore amplecteris? Facile contemnit omnia, qui semper cogitat se esse moriturum. In mortis articulo omnia bona temporalia relinques, & solummodo ad districti iudicis iudiciū bona & mala opera tecum deferes, ubi omnia bona spiritalia per te facta perdes, si n̄s parui habitis, totus in hac uita fueris propēsus bonis temporalibus. Tua in tres partes tunc diuidentur, corpus dabitur uerbis, anima dæmonibus, bona temporalia

CONTRA AVARITIAM

poralia hæredibus aut ingratīs aut prodigis. Itaq; satius esset iuxta consilium cuiusdā sancti viri, superfluas & exūdantes opes pauperibus erogando, in cœlum quo ire vis, præmittere more heroum gentilium, qui sarcinulas & impedimenta eo præmittunt, quo diuersuri sunt: quam post mortē tuam nihil tibi profuturas, ignotis prædam relinquere. O quæ stultitia, ibi thesaurum tuū relinquere, vnde exiturus es, & eo non præmittere quo iturus.

**C**onsydera q; Deus cœlestis patrum familias ordines ministeriaq; famulorum terrenæ domus dispertiēs, hos vt regant, illos vero statuit vt ab alijs regantur. Istos iubet vt necessaria ceteris præbeant, illos aut vt accepta ab alijs sumant. At cum tu eorum quæ ultra moderatū vsu tibi redundant, dispensator sis positus, putasne impune tibi licere ea retinere, quæ tanquā aliena a cœlesti domino dispensanda suscepisti? Esurientiū enim (inquit Ambrosius) panis est, quem tu detines, & nudorū

RE MEDIA

dorum vestimentum, quod tu recludis, & miserorum redemptio est & absolutio, peccunia quam in terra fodis. Tantorum ergo scias te inuadere bona quantis possis præstare quod vales.

✎ Considera quam misericordie hostiam Deo tibi omnia dāti reddis, si eū in suis pauperibus nō pascis. Quicquid eū vni ex minimis pauperibus fecisti CHRISTO fecisti, vicissim quod vni non fecisti CHRISTO non fecisti, cū eaquæ multis prodesse poterant, inutiliter seruas.

☞ Considera q̄ bona, quæ a Deo in hoc mundo tibi data sunt, calamitatis sunt solatia, non aut̄ retributionis præmia. Itaq̄ caue, ne dum omnia pro voto tibi suppetant, eorum omniū datorum rem quærere negligas, ne in ijs quæ dātur animum figas, ne peregrinationē pro patria diligas, ne subsidia itineris, in obstacula peruentiōis vertas, ne nocturno lune lumine delectatus, claritatem diurni solis videre refugas, tandemq̄ fauorē vitæ transeuntis, in mortis

tis p

☞

S

in i

hab

vt i

mor

em

quic

opu

☞

tus,

Sati

fatis

Ad

vita

tran

☞

ris, r

orne

sosto

tum

litier

CONTRA AVARITIAM

tis perpetue occasionem vertas.

¶ Methodus vitandi Auaritiã.

**S**I opes auferuntur, aut non contin-  
gunt, noli valde cruciari. Siquidẽ  
in ijs quę vere sunt hominis, nihilo pl<sup>u</sup>  
habent reges, quam tu pauper. Viues  
vt ipsi ( tametsi nõ tam laute ) vsq; ad  
mortem, quę forsan hodie aut propedi-  
em ex improviso aderit, quo tempore  
quid profuerint diuitiã, quibus tunc  
opus non erit?

¶ Viue præsentis conditione conten-  
tus, memor q̄ ( vt ait Hieronymus )  
Satis diues est, qui pane non indiget,  
satis potens, qui seruire non cogitur.  
Ad hæc necessitati pauca sufficiũt, &  
vita nostra breuis est, quo strictius eã  
transegeris, eo felicius.

¶ Habens alimenta & quibus tega-  
ris, ijs contentus esto. Non dico, quib<sup>u</sup>  
orneris. Seruus em̄ Dei ( inquit Chry-  
sostomus ) non debet habere vestimẽ-  
tum ad decorem visionis, nec ad mol-  
litiem seu delectationem carnis, sed ad  
O tegumẽ

## REMEDIA

tegumentum nuditatis.

**Q**uere primum regnū Dei & iustitiam eius, & omnia corpori tuo necessaria adijcientur tibi. Deus cū, qui libenter vult tibi dare cœlestia & magna, non negabit tibi minima & terrena. A quo si minima non speras, quo modo maxima sperare poteris?

**P**aupertas virtus non est, sed paupertatis amor, per cuius amorē, **CHRISTO** qui propter nos omnia reliquit, pauperes voluntarie & libenter cōformantur, nec non pauperes necessarie & patienter, qui diuitias non habitas tanquam habitas cōtemnūt, nec necessariam paupertatem, per patientiam faciunt voluntariam. Dum pauperes per paupertatem **CHRISTO** conformantur, diuites per elemosynā **CHRISTO** reformantur. Quia non solū pauperes pastores pauperem **CHRISTVM** cū paupere **MARIA** in paupere loco inuenerunt, sed etiam diuites reges, idq; duntaxat per elemosynā & munerum oblationem, Itaq; quisquis es cui sup

petu  
CH  
erog  
ST  
**C**  
vbi  
tun  
em  
tuu  
res  
repe  
da  
qua  
bon  
te q  
ti p  
**C**  
cul  
piu  
tuo  
liter  
**C**  
est,  
sub  
sior

## CONTRA AVARITIAM

Petunt facultates, pauperibus propter  
CHRISTVM libenter eleemosynam  
erogabis. quod enim ijs fecisti CHRI-  
STO fecisti.

**T** Illud solum tuū reputa, & in coelis  
vbi patriam tuam habes, tibi reserua-  
tum quod pauperibus erogaueris. Si  
em̄ in hac alienigena terra thesaurum  
tuum collocaueris, nihil est quod spe-  
res accipere in cælis, vbi nihil habeas  
repositū. Non em̄ sunt hominis dicen-  
da bona, quæ secum deferre nō potest  
quæ perdit inuitus. Spiritualia autem  
bona, vere bona sunt, quæ ne in mor-  
te quidem animam deserūt, nec amit-  
ti possunt nisi te volente.

**C** Caue temere profundas tuas fa-  
cultates, ne vel turpiter egeas, vel tur-  
pius rem pares. Quin potius sic vtere  
tuo, vt alieno non egeas, ita rationabi-  
liter tua tene, ut aliena non ambias.

**E**fficacissimum avaritiæ remediū  
est, pauperibus omnia relinquere, &  
sub sancto prælati regimine, & proui-  
sione viuere, & in nullo sui iuris esse,

O ij sicut in

## LIBERALITAS

sicut in primitiua ecclesia fideles sub  
Apostolis erant, Sed hoc cōsiliij est, nō  
(precepti.

DE LIBERALI-  
TATE.

**L**iberalitas ē virt<sup>9</sup> dispēsādi diuiti/  
as in vsus bonos, sibi suisq; & alijs  
**H**ac virtus sibi temperat ab illicito  
lucro, a rapina, furto, vsura, & sic de  
alijs, alioqui enim eleemosyna illa ocu-  
lis redemptoris non placeret, quæ ex  
illicitis & iniustitia cōgeritur, quæ vni  
iniuste adimit, quod alteri sub specie  
recti exhibetor, sed quæ de rebus a ius-  
to possessore datis, aut bene & iuste  
acquisitis impenditur. Augustinus.  
Vis esse optimus mercator, prudens  
mercenarius, da quod non potes reti-  
nere, vt cōseq̄ris quod nō possis amit-  
tere, da modicū, vt cōseq̄ris cētuplū, da  
rē periturā, vt consequaris eternā. Sed  
cui dabis? Da indigenti (inquit Chry-  
sostomus) & non saltanti, vt non cum  
tuis eleemosynis animā tuā perdas, et  
illius cui das.

Metho/

Libera

Cui, qu

De pro

C In

&amp; fac

aut h

legij

perib

C C

ipse p

P

inop

am

C N

dant

at. D

obn

tisfa

liber

enti

prop

gere

## LIBERALITAS

**¶** Methodus faciendi  
eleemofynam.

*Libera cui virius in dando ritè videbit*

*Cui, quid, cur, quātū, quo tēpore, quoue loco det  
De proprio, letus, non impropers, neq; tardās.*

**¶** Indigenti danda est eleemofyna  
& facienda liberalitas, non meretrici  
aut histrioni. Hieronymus, Pars sacri  
legij est, rem pauperum dare non pau  
peribus.

**¶** Quod indigenti vtile sit, non quo  
ipse perdatur & lædat, in corpore aut  
**✚** Propter Deū, & pauperis (anima.  
Inopiā releuādā: non propter aucupā  
dam humanam gloriam,

**¶** Non modū excedendo: ita vt nec  
danti nec accipienti magnitudo nocer  
at. Dāti em̄ noceret, si esset alijs magis  
obnoxius, cui propterea dare aut sa  
tisfacere nō posset: veluti sibi, vxori,  
liberis, cognatis, creditoribus. Accipi  
enti etiam noceret, si male vteretur, si  
propterea ebrietati & crapulæ indul  
geret aut otio,

L I B E R A L I T A S

**T**empestiue dāda est pauperi eleemosyna, nō expectādo quoad usq; pauper moriat̄ fame, dū nō ampli⁹ possimus eū liberare. Itaq; etiā prēuenire debemus petitionē pauperis: quia quicito dat, bis dat, Prouerb. xxx. Ne dixeris amico tuo, Vade & reuertere, & cras dabo tibi, cū statim possis dare. Prēterea omni tempore eleemosynis vacandū est, & maxime diebus festis vt dies illi magis sanctificentur.

*Quo loco* **I**n secreto loco, si fieri possit: vt nesciat sinistra, quid faciat dextera, aut saltem in loco honesto.

**I**nq; ablata per vsurā, furtū, rapinā, Depprio. nā, aut extorsionē, debēt restitui veris dominis si fieri potest, non aut erogari pauperibus. Isidorus, Nihil proficis si alterū inde reficis, vnde alijs iniuriam facis. Augustinus, Aliqui in hoc se iustificari existimant, q̄ de substantia pauperū exiguā eleemosynā faciāt, & de eo quod a pluribus abstulerunt, vni quicquā minimū largiūtur. Cibat̄ vn⁹, vnde plures esuriūt, & de multorū spolijs vix

## LIBERALITAS

lijs vix pauci teguntur. Nō talem eleemosynam Deus querit: nec vult pietatem vni, de alterius crudelitate prestari: nec violenter aliquid alicui auferri, quod misericorditer alteri exhibeat. Illā eleemosynā Deus cōprobat, quę de iustis laboribus ministratur, Qui em̄ immolat sacrificiū de substantia pauperis, quasi qui victimam filiū in cōspectu patris. Quid aut̄ esse intollerabilius potest, quā mors filij ante oculos patris?

Qd̄ si iniuste ablata veris dominis restitui nō possunt, pauperibus eroganda sunt. Sicut & meretrix de eo quod a iusto possessore accepit, eleemosynā facit.

**E**leemosyna ex animo (re pōt. *Letus.*) dāda est, nō aut̄ ex coactiōe, nec ad euitādā molestiā pauperis importune

stipē queritantis. Hilarē em̄ datorem diligit Deus. Augustinus, In iudicio cordis considerāda est eleemosyna tribuentis: nec iam cōsiderādū est quātū, sed qua mēte, qua affectiōe, dat quod

**O**mnia quę habent homines (pōt. ea ipsis a Deo sunt benignissime data,

O iij quæ

## LIBERALITAS

quæ sicut nobis nō exprobrat, sic necq̃ nos exprobrare debemus, si de alijs quicquā pauperibus erogauerimus.

Agnoscere em̃ debent ditissimi quicq̃, se a cœlesti patrefamilias dispensatores esse positos bonorū tēporaliū, quibus ultra moderatū vsū redūdāt. In quibus distribuendis tāto se debēt præstare humiliores, quāto magis aliena esse intelligūt quæ dispensant. Cūq̃ in illorum ministerio, quibus accepta largiuntur, cōstitutos se esse considerāt, nequaquā materiā superbiendi sibi relicta putāt: quīn potius timendī, ne sibi cōmissa indigne distribuāt: ne quædā præbeant, quibus nulla impendere debuerant: ne nulla, quibus quædam, ne multa, quibus pauca: ne pauca distribuāt, quibus multa largiri debuerant: ne præcipatione, id quod distribuunt inutiliter spargāt, ne distribuendī tarditate petentes crucient.

☞ Cum das aliquid pauperi in elemosynam, nō debes spectare id tibi ab eo reddi: alioqui mutuū esset, nō elemosyna

mo  
mi  
æter  
pere

L

C

Lux

Si m

Form

Nup

lun&

Sacr

Exce

☞

lis f

☞

mar

☞

quo

☞

seu

DE PECCATO LVXVRIÆ  
mofyna, sed ſpera id tibi reddēdū a do-  
mino, a quo centuplū accipies, & vitā  
æternā poſſidebis. Potes tamen a pau-  
pere ſperare orationem.

## DE LVXVRIA.

**L**Vxuria eſt libidinofæ voluptatis  
inordinatus appetitus.

**C**Cuius ſeptem ſunt ſpecies.

*Luxuriæ ſpecies numero ſex dixeris eſſe.  
Si meretrix nec nupta viro violabitur, eſto  
Fornice deductum, ſi virgo, dicitur ſtuprum,  
Nupta viro, per adulterium, conſanguinitate  
iuncta, per inceſtum, monialem qui violabit  
Sacilegus, præter naturam, fit Sodomita,  
Excedensq; modū coniunx cū coniuge, peccat.*

**F**ornicatio, eſt concubitus natura-  
lis ſoluti cum ſoluta.

**S**tuprum, quo mulier virgo extra  
matrimonium deſloratur.

**A**dulterium, illicitus concubitus,  
quo coniugalis thorus violatur

**I**nceſtus, quo inter conſanguineos  
ſeu affines carnalis fit cōmiſtio abſq;

O v diſpenſa.

## DE PECCATO

dispensatione matrimoniali.

☞ Sacrilegiū, illicitus cōcubit⁹, quo sanctimonialis diuino cultui dicata violatur: aut si sacerdos qui ad castitatem sanctificatus est, fornicetur.

☞ Sodomia, qua cōtra naturā uere exercentur, quod peccatū est omnīū longe grauissimū & periculosissimum: utpote in quo violatur ordo nature, quę generationē & prolem intendit: in hoc autē sequi non potest.

☞ Excessus coniugalis, quo inter virū & uxorem exceditur secundū solas circūstātiās: utpote ex immoderata cōcupiscentia: atq; etiā tempore, loco, alijue circūstātijs indebitis.

### ☞ Causæ Luxuriæ.

Colloquium, visus muliebris, & oscula, tactus,  
Sermoq; lasciuus, lasciuāq; pagina, potus  
Atq; cibus nimis, ueneris meditatio, longa  
Otia, lasciuq; frequens conuictus amici,  
Sæpe pudicitiam iuuenum expugnare videntur.

☞ Fornicatio & aliæ luxuriæ species peccata sunt mortalia sub hoc peccato contenta, Sub hoc

L V X V R I A E .

110  
Sub hoc peccato etiam cōtinetur omnis consensus in delectationem luxuriae circa obiectū sibi vetitū, siue sit in colloctione cum mulieribus, in aspectu & tactu impudico, osculis & cātionibus impuditis, aut authorū lectione nimis lasciuia, in cogitatione morosa & delectabili rerū venerearū: quæ omnia plerūq; causa sunt & prima fomēta operationis carnalis. Ideoq; etiam de his est confitendum.

¶ Methodus detestandi Luxuriam.

**C**onsydera extremā vilitatem & corruptionem earū mulierū, quæ amantur carnaliter. Gregorius, Si caro pulchra concupiscitur, pensetur qd sit exanimis, & intelligetur quid amatur. Isidorus, Nihil sic ad edomandū desyderium carnaliū appetitū valet, quā vt vnusquisq; id quod viuū diligit quale sit mortuum penset. Chrysostomus, Qd' si diligenter cōsyderes, quæ sunt quæ intra illam cutē tegātur, quæ  
intra

REMEDIA

intra nares, quæ intra fauces & ventrē  
 & si quæ tibi formosa vident, pateat,  
 nihil aliud nisi sepulchrū dealbatū pro-  
 nūtiabis esse istā corporis pulchritudi-  
 nē: quæ foris quidē hominibus appa-  
 ret decora, intus autē plena est sordibus  
 & immūditijs. Tu deinde si in vestimē-  
 to videas phlegmata vel sputamenta,  
 horrescis, & extremis saltē digitis ea  
 cōtingere refugis, sed & aspectu retor-  
 ques, & quomodo cellaria ipsa & hor-  
 rea phlegmatis diligis, & cōcupiscis?

¶ Cōlydera quæ quāto magis volupta-  
 tibus indulseris, & animū tuū nō volu-  
 eris explere, tāto minus expleberis &  
 satiaberis. Voluptas em̄ hęc famē, nō  
 satietatē generat. Et amor mulieris ad  
 virū insatiabilis est, semperq; extincit<sup>9</sup>  
 reaccēditur. & post copiā rursus inops  
 est, animūq; virilē effœminat, & exce-  
 pta passiōe quā sustinet, aliud cogitare  
 ¶ Cōlydera quæ brevis ē vo- (nō finit  
 luptas fornicatiōis, & perpetua pœna  
 fornicatoris, Gregorius, Momētaneū  
 est quod delectat, æternum vero quod  
 cruciat.

CONTRA LVXVRIAM

eruciat. O quā iniqua permutatio, pro turpissima breuissimaq; vnius horule voluptateī hac vita multo dulcius præstātiusq; animi gaudiū perdere, & in futura gaudijs fraudari perennibus: insuper nunquam finie n dos dolores tā breui delectatiuncula mercari.

**C**ONSYDERA quam immunda, quā spurca, quā quouis homine indigna sit ea voluptas, quæ tēplū Dei viuū, id est corpus humanū quod Christus preciosissimo suo sanguine sibi cōsecrauit, indignis modis p̄fānat & pol

**C**onsydera quā eadē sit mo- (luit. mētanea, quā insyncera, quam semper plus aloes quā mellis habēs, quāta mala secū aduehat. In primis famā thesaurum pretiosissimū eripit: nullū em vitū apud homines peius audit, quam libido. Vires corporis eneruat, hominis pulchritudinē interimit: valetudinē vehemēter offendit, morbos innumerabiles parit, eosq; foedos: inuentæ florem ante diem deuenustat, immaturam senectutem accelerat, & hominis vitam

## REMEDIA

vitam abbreviat. Et idcirco qui casti-  
 tatem obseruant, diutius conseruant  
 in vita: eunuchi em̄ diutius viuūt, pas-  
 seres aut̄ propter nimiam libidinē parū  
 viuūt. Præterea ingenij acumē & per-  
 spicacitatē obtūdit & obnubilat. Cum  
 em̄ hominī Deus nihil mente præstā-  
 tius dederit: huic diuino muneri nihil  
 est tam inimicū, quā voluptas: nec em̄  
 libidine domināte temperatiæ locus ē  
 nec in voluptatis regno virtus potest  
 cōsistere. Absorbetur etiā hominis ra-  
 tio per voluptates venereas, intellectus  
 desipiscit, & sensus peruertit̄, nec am-  
 plius quicquā percipit de ijs quæ Dei  
 sunt: quia cæcitas mentis tollit omniū  
 fere spiritualium rerū cognitionem.

**¶** Considera, q̄ nullū est tā optimū  
 patrimoniū, nullæ tā exuberantes di-  
 uitia, nullū tam magnū vectigal, nul-  
 lus tam opulētus thesaurus, quē luxu-  
 ria nō exhauriat, dilapidet, profundat,  
 & prodigat. Vicina em̄ sibi sunt ven-  
 ter & genitalia, & vnū alteri submini-  
 strat, & ex vicinitate mēbrorū, sequit̄  
 cōfusa

CONTRA LVXVRIAM

confœderatio vitiorū, & pro mēbrorū ordine ordo vitiorū eligitur. Ideo qui eo amore impudico intricatus est, comestatiōibus, pomposis vestimētis, & munusculis ad amicas missitandis omnem suā substātiā prodigat & profundat necesse est. Nūquam meretriculæ sudariolis, annulis, fasciolis, odoramētis, aut alijs similibus munusculis fatiantur. Ipsa munuscula, plusquā a matores ipsos eorū datores adamant. Cuius rei prodigus ille Euangelicus exemplonobis esse poterit.

**C**onsydera quātā scelerū turbant libidinis admissa voluptas soleat adducere: quæ ipsam, tāquā vmbra corpus cōcomitari solēt. Est alijs vitijs fortasse nonnulla cū quibusdā virtutis societas libidini aut nulla prorsus: sed cū maximis plurimisq; peccatis semp copulata.

**Q**uisquis es, qui hactenus (ta est. virginitatē Deo tuo seruasti illibatam scias virginitatē coniugio præeminere & virgines iā ex hac vita vitā icipere angelicā, & per virginitatē peculiariter sanctis

REMEDIA

sanctis angelis assimilari In carne em̄  
 præter carnē viuere, est plus angelicū  
 quā humanū. Differūt quidē inter se  
 pudicus homo & angelus, sed felicitate,  
 nō virtute, & si huius castitas felici  
 or, illius tamē fortior esse cognoscitur.  
 Sola est virginitas, quæ in hoc morta/  
 litatis & loco & tēpore statū quēdā im/  
 mortalis gloriæ repræsentat: sola inter  
 nuptiarū solēnia morē beatæ illius v̄  
 dicat regiōis, in qua neq; nubent, neq;  
 nubent, præbens quodammodo terris  
 cœlestis iā illius cōuersatiōis experie/  
 tiam, per quā in cœlo datur aureola &  
 certū præmiū solis virginibus peculia/  
 re: de quib⁹ scribitur Apocalypsis xiiii  
 Hi sunt, qui cū mulieribus nō sunt co/  
 inquinati, virgines em̄ sunt: hi sequū/  
 tur agnū quocūq; ierit. Imitatur virgi/  
 nes Christū: quia sicut hic fuit virgo,  
 ita & illi virginitatē custodiūt: & quia  
 in præsentī seculo præ ceteris sequunt  
 eū, ideo in futuro eidē familiaris ad/  
 hærebūt, & cū Christo in perpetuum  
 præ cūctis fidelibus etiā de incorrupti  
 one

CONTRA LVXVRIAM

one carnis gaudebūt, ad quorum pre-  
mia ceteri electi assurgere nō poterūt:  
tamen per charitatem in illorū celsitu-  
dine leti erūt, ijs applaudēt, & congra-  
tulabuntur.

**C**ōsidera quā honesta sit, quā flori-  
da, quā amœna, & quā Deo accepta  
corporis & animi puritas: quę hominē  
sanctis angelis facit valde familiarem  
& spiritus sancti capace[m]. Etem nul-  
lū prorsus vitiū adeo refugit Dei ille  
spiritus puritatis amator, quā luxurię  
immūditia, nusquā libētius requiescit,  
quā in mentibus virgineis. Vnde fili-  
us Dei virginitatē adeo dilexit & ho-  
norauit, vt nō de coniugata corrupta,  
sed de immaculata virgine **MARIA**  
nasci voluerit.

**Q**uisquis es peccatorū carnis con-  
sciens, saltem post naufragiū mare me-  
tuas, & perditiois tuę discrimina co-  
gnita perhorrescas: & qui accepta na-  
turę bona seruare noluisti integra, sal-  
tem scissa refartias: & ad dñm post pec-  
cata carnis rediens, tanto ardētio-  
rem

P. te in bo

## REMEDIA

te in bonis operibus exhibe, quāto ex  
 tuis peccatis damnabiliorem te vides.  
 Fit em̄ plerunq; (inquit Gregorius)  
 Deo gratior amore ardēs vita post cul  
 pam, quā securitate torpens innocen  
 tia, Itaq; qui pie post perpetrata mala  
 seruatus es, ne committas vt improbe  
 repetēdo moriaris, fiatq; error nouissī  
 mus peior priore.

¶ Si sacerdos es, cōsydera quā indi  
 gnū sit, te ad perpetuam castitatē san  
 ctificatū eo ipso ore putridā meretricū  
 læ carnem deosculari, quo sacratissimū  
 illud Christi corpus & consecras & sur  
 mis: iisdem manibus abominādas cō  
 tractare sordes, quibus astantibus an  
 gelis virgineas illas Christi carnes  
 cōtractas. Quā absurdū in receptiōe  
 rāti sacramenti, idem corpus, eūdemq;  
 spiritū cū Deo velle fieri: & per forni  
 catiōem vnū fieri corpus cū meretrice  
 Profecto si fidem rectam haberes, aut  
 peccare timeres, aut celebrare cessares

¶ Methodus uitādi Luxuriā.

Quoni

CONTRA LVXVRIAM

**Q**uoniam inter omnia Christianorum certamina, sola dura sunt prelia castitatis, ubi quotidiana est pugna, & rara victoria, scitque hostis antiquus maius continentiae quam numerorum esse certamen, facile enim abijcit quod heret extrinsecus, intestinum autem bellum periculosius est, difficiliusque evitari potest hostis familiaris, id est carnalis concupiscentia, quae habitat non procul sed prope, non extra sed intra, nam virtus eius in lumbis eius, & fortitudo illius in umbilico ventris eius. Idcirco ad domandam & restringendam hanc carnalem concupiscentiam, maxima tibi opus est diligentia. Et licet inimicus in te possit excitare tentationis motum, tamen in te est dare aut negare consensum, in te est vinci velis, necne, in hac pugna non desieris inuitus. Sub te est (o homo) appetitus tuus, & tu dominaberis illius, in tua potestate est (si volueris) inimicum tuum facere servum tuum, ut omnia cooperentur tibi in bonum, tu solummodo ne consenseris, quoties re-

stiteris, toties coronaberis,

**¶** In primis tentationū viriliter resiste principijs. Neq; em culpa p̄dire ad opus permittitur, si intus vbi nascitur extinguitur, q; si in principio viriliter nō resistatur, statim tentatio cōualescit & roboratur, & sepe in tantū, vt nūq; extingui possit aut certe cū magna difficultate, quia ( vt ait Gregorius ) ex quo luxuria semel mentem alicuius occupauerit, vix eū bona cogitare permittit, Itaq; principijs tentationū viriliter resistendū est, turpes venereasq; cogitationes expellendo, quia sicut ligna ignem nutriunt, sic cogitationes desideria pascūt, quæ si fuerint bonæ, exardescit ignis charitatis, si vero malæ, ignis cupiditatis. Itaq; tentatus, tentationis tempore debet Deū inuocare & sanctorū suffragia, & dicere deuote, Pater de coelis Deus, miserere nobis &c. aut alias similes preces.

**¶** Omnes sensus corporis & præcipue visum & auditū, diligenter custodi a vanitatibus & mulierum aspectu  
aut au-

CONTRA LVXVRIAM

aut auditu. Nam plerūq; res quaelibet innocenti mente respicitur, sed ipso cōspectu animus cōcupiscentiæ gladio cōfoditur. Igitur quoniam vanus mulierū aspectus aut inclinatur, aut saltem mollescere facit corda intuentiū, ideo iuxta Ecclesiastici præceptū, Noli circumspicere in locis ciuitatis, nec obseruaueris in plateis illius, auerte faciem tuam a muliere compta, ne circūspicias speciem alienam.

**C**um muliere caue solus maneat, Chrysostomus, Tūc maxime diabolus aliquos aggreditur, & grauius tentat cum solos viderit, atq; ab alijs segregatos, quia vbi nō timetur reprehensor, facilius accedit tentator. Hieronymus Solus cum sola in secreto & abiq; arbitris (id est testibus) ne sedeas vnquā, quia omnia mala solitudo persuadet. Nec in præterita castitate cōfidas, quasi diu caste vixeris, inde em̄ tenes exarserunt in cōcupiscentia Susannæ, quia videbant eam sapius solam deambulantem in pomario viri sui.

P in Fuge

REMEDIA

**F**uge mulierū consortia, quia a spectus earū, corda virorū intuentium inficit, auditus earum allicit, loquela inflammat & tactus inquinat, deniq; a planta pedis vsq; ad verticem nō est locus in mulieribus, in quo nō sit positus laqueus ad capiēdū oculos virorum, Gregorius, Qui corpus suum cōtinētia dedicat, habitare cū foeminis nō p̄sumat, nā quādiu calor viuit in corpe nemo p̄sumat ignē cōcupiscētia in se penitus extinctū esse, Bernardus. Cū foemina semper esse, & foeminam non agnoscere, hoc ego maius reputo, quā mortuos fuscitare, q̄ ergo quod minus est non potes, quod maius est quomodo credā tibi? Itaq; in rētatione carnis oportet fugere locum & homines, quibus ipsa suggeritur tentatio.

**S**imiliē fuge dona, literas, & salutationes mulierū, quia viscus sunt ad retinendū carnalem amorē, & reflatu ad excitandū libidinis ardorē iam in parte extinctū. Qd̄ si pudicā & sanctā diligis foeminā, quā bñ videris cōuet-

DE PECCATO LVXVRIÆ

sanctē mēte eā diligas, nec eā corporali  
frequentēs affectu, memor q̄ paradisi  
colonū mulier de possessiōe sua eiecit.

**O**ccupa cor tuū in scripturis diuī-  
nis, sanctis meditatiōibus, & bonis o-  
peribus corporis. Quia otiosæ menti  
(inquit Bernardus) maligni spiritus  
malas cogitatiōes immittūt, & si quie-  
scit opere, nō quiescit malārū cogitati-  
onū delectatiōe. Isidorus, Semper ali-  
quid operis fac, vt semper te diabolus  
inueniat occupatū: quia nisi nos inue-  
nerit in aliquibus bonis operibus oc-  
cupatos, ipse nos in malis occupabit  
operibus, cupiditatis scilicet vel mali

**N**unquam verbū inho- (amoris.  
nestū audias, aut si audiueris, irasceris  
Facile em̄ agitur, quod libenter audia-  
tur: & perditæ mentes hominum vno  
frequenter leuicq; sermōe tētant clau-  
stra pudicitia.

**V**erbū inhonestū caue ex ore tuo  
effluat: quia corrūpūt bonos mores al-  
loquia praua. Et vanus sermo cito pol-  
luit mentē: & quod libenter dicitur, li-

## REMEDIA

bentius agitur. Mores hominis lingua  
pandit: & qualis sermo ostenditur, ta-  
lis animus approbatur: quoniam ex  
abundantia cordis os loquitur.

**✠** Tibi a cibo & potu tempera. Pu-  
dicitia em̄ tuta esse non potest, nisi per  
abstinētiā: quia dū satietate venter ex-  
tenditur, aculei libidinis excitatur: &  
venter mero aestuans facile despumat  
in libidinē, difficileq; est carniuo-  
ces carni frenum imponere.

**✠** Fuge omnē occasionem. August,  
Contra libidinis impetū apprehende  
fugam, si vis obtinere victoriā: nec sit  
tibi verecundum fugere, si castitatis  
palmam desideras obtinere.

**¶** Cum voluptatis carnalis tibi obre-  
pet tentatio, imaginare in corde tuo,  
ac si eam habueris voluptatē, & ea sati-  
atus sis, & hora præterierit. Quia volu-  
ptas est quasi somniū noctis transactē,  
imo etiam contemptibilior: quia dolē-  
tem facit cōscientiā perpetrata volu-  
ptas, euitata vero letam & securam.

**¶** In omni tentatiōe, maxime vero  
cum ad

## CONTRA LVXVRIAM

cum ad libidinem sollicitaris, proponi  
tibi ante oculos tuos angelū tui cus-  
todem, & accusatorem tuum dæmo-  
nem, omniū quæ vel facis vel cogitas  
assiduos spectatores ac testes: ipsum e-  
tiam iudicem Deū criminis tui inspe-  
ctorem, cuius oculis omnia patent: &  
rem adeo foedam, vt homuncione præ-  
sente eam facere pudeat, nō vereberis  
fr̄ere coram angelo tui custode, accu-  
sare tuo dæmone, & Deo eius futu-  
ro iudice?

**¶** Aliorum exemplis temet reprime-  
quos cognoueris turpiter & infelicitè  
voluptatem hanc esse secutos.

**¶** Quando impulsu demonum mēs  
ad delectationem fornicationis impel-  
lit, diuini iudicij metus & æterni tor-  
menta incendij ante oculos proponan-  
tur: quia nimirum omnis pœna graui-  
oris supplicij formidine superatur. Si-  
cut em̄ clauus clauum expellit, ita sæ-  
pe recordatio ardoris gehennæ ardo-  
rem excludit luxuriæ,

P. v. DE

## ¶ DE CASTITATE.

**C**astitas, est cōtinentia a venereis

¶ Ea triplex est.

Virginalis, Vidualis, Cōiugalis.

BERNARDVS: Bona est castitas cōiugalis, melior est cōtinentia vidualis, sed optima pudicitia virginalis.

Quanto angelus homine est superior tanto virginitas nuptijs est honorabilior: abstinencia a nuptijs angelorū est imitatio.

## ¶ DE INVIDIA.

**I**nuidia, est tristitia de alieno bono.

¶ Cuius duæ sunt species.

*Inuidus aduersis gaudet, mæstusq; secundis.*

¶ Rami quinque.

*Detrahit, est discors, mürmurat, odit, obest.*

¶ Peccant per inuidiam.

*Gaudium  
mali*

¶ Qui ex odio de alterius incommodo, calamitate, aduersitate, afflictione, damno, morte, aut mala valetudine lætā.

DE PECCATO

lætantur: aut ex maleuolentia dicunt eosdem ea mala meruisse aut etiã multo maiora.

✠ Qui nō gaudēt de bono alterius, aut nō dolent de malo alterius. Est em̄ cōtra charitatem pximi, quem tenent diligere sicut seipfos: cū nemo de proprio bono non gaudeat, & de proprio malo nō doleat.

¶ Qui alteri maleuolūt, aut male pre  
✠ Qui dolent & ægre ferūt, (cātur. quod alijs sint diuites, docti, bene formati, pulchri, deuoti, alijs chari, sapientes, bene morati: & si fieri posset vt inuidi vbicq; oculos haberent & omnium felicitates viderent, certe de omnibus successibus torquerentur.

Dolor  
boni.

¶ Qui ad inuidiam tanto magis inflammantur, quanto felicius alteri succedunt.

¶ Qui dolēt, quod in alijs nihil cedit inueniri potest reprehensione dignum.

Gregorius Antiquus hostis vnde bonos cernit eniscere ad gloriam, inde puerfos per inuidiam rapit ad poenam.

✠ Peccant ex inuidia.

## REMEDIA

**Detractio** ¶ Qui clam aut palam, manifeste aut latenter, alteri falsum crimen maleuole intendunt.

¶ Qui peccata aliorum verbis suis adaugent & aggrauant.

¶ Qui aliorum vicia aut peccata non omnibus nota, sine necessitate sufficienti & sine magna causa diuulgant & manifestant.

¶ Qui aliorum bene dicta manifestant aut facta in peiorē partem interpretantur & de alijs male iudicant.

¶ Qui negant virtutes aliquas alijs inesse, cum tamen sciant eos ipsis esse virtutibus praeditos.

¶ Qui maleuole aliorum virtutes reticent.

¶ Qui delatoribus libenter arrigunt aures.

**Discordia** ¶ Qui ex odio & inuidia nolunt sibi reconciliare proximū iratum.

¶ Qui inter amicos inimicias conciliant: cuiusmodi homines dum vnam nequitiam perpetrāt, ab humanis cordibus cunctas simul virtutes eradicant, & in vno malo innumera peragunt, dum mutuam inter aliquos diuellunt charitatem.

¶ Qui apud aliquem deferunt alteri nomen.

CONTRA INVIDIAM

nomen, vt ille odio habeatur, cum homini Christiano parum esse deberet, inimicitias aliorū nō excitare vel augere male loquendo, nisi etiā eas extinguere studeret, bene loquendo.

**¶** Qui murmurant contra Deū, q̄ a murmuratio, alios vident aliqua in re beatiores.

**¶** Qui ex inuidiā existimāt bona esse in alios immerito collata, & q̄ n̄ sint ijs indigni.

**¶** Qui aliorū laudes nō libenter audiūt, sed laudatoribus cōtrādicunt.

**¶** Qui oderunt aliquem, q̄ aliqua in re beatior sit. *Odiū.*

**¶** Qui cū aliquo inimicitias gerūt, & in suis animis odiū intestinū fouent.

**¶** Qui odij causa atq̄ inuidiā alteri damnū inferunt, aut alieni damni sunt causa. *Damnū.*

**¶** Methodus detestādi Inuidiā.

**C**onsidera q̄ omnes sumus fratres naturales: quibus vnus fuit pater Adam, vna mater Heua. Fratres etiā spirituales, quibus vnus est pater Deus: vna mater, sancta Ecclesia: vn<sup>9</sup> cōmunis

CONTRA INVIDIAM.

cōmunis omniū frater, IESVS Chri-  
 stus Dei filius. Præterea ad idē creati  
 sumus: nempe vt aliquando paternā  
 hæreditatē ( id est cœleste regnū ) vna  
 possideamus, vna ibidē æternū coha-  
 bitemus, collatemur, cōgratulemur,  
 & quæ erūt singulorū bona, per chari-  
 tatē omniū fiant. Qd' si fratres sumus  
 in Dño, cohæredes in CHRISTO, eius-  
 dem corporis ( id est Ecclesiæ ) mēbra  
 eodem redempti sanguine, fidei cōmu-  
 nes socij, ad eandē gratiā & felicitatem  
 futuræ vitæ vocati: cōgruum certe est  
 fratrē fratri bene velle, bene precari,  
 bene facere: tantū abest, vt in aduersis  
 eius gaudeat, & in secūdis doleat.

✠ Consydera q̄ in cœlis quāto ma-  
 iorest felicitas & glotia in pximo, tātō  
 m agis ibi positus, inuidus de ea apud  
 se cruciaretur & affligeretur: sed quia  
 illa maxima erit, ideo de ea in inuido  
 maximus esset dolor. Eā obrē in cœ-  
 lis a Deo nō constituetur, sed in infer-  
 no, vbi nullus ordo, sed sempiternus  
 horror inhabitat, luctusq; & stridor dē-

REMEDIA

120  
 tiū, & omnigena in proximo calamitas, quā eidem ibi permanēti inuidere nō poterit, quia in eadē dānatiōe erit.

**C**ōfydera, q̄ inuidi similes sunt de monibus, qui ex hominū bene factis dolore affici solent, & superna celestiaq̄ hominibus inuidere: nō vt sibi ipsis ea cedant, quæ irreparabiliter amiserūt, sed ne pauperes homines depulvere suscitati illuc ascendāt, vnde ipsi in gloria creati irreparabiliter ceciderūt. Haud secus inuidi virtutem alijs inuidere solent, nō q̄ ad eā acquirēdā incūbere velint: sed quia vellēt omnes esse eque miseros ac ipsi sunt, & in nullo beatiores.

**C**ōfydera, q̄ si alter nō haberet ea bona quæ ipsi inuides, nihilominus ea tu nō haberes: quæ si habet citra tuum dānū, nihil est cur torquearis de eius felicitate.

**C**ōfydera, q̄ omniū bonorū operū proximi tui tu es particeps, si modis in gratia: & quāto magis meretur, tanto magis ipse animæ tuæ prodest

Ea

REMEDIA

Esse non est cur eius virtuti inuideas: sed potius est cur ei congratuleris, imo potius tibi ipsi, qui eorum bonorum operum particeps es.

¶ Considera, quantæ sit infelicitatis & miseriam, ut dum proximus melior redditur, tu deterior fias; dumque augmenta alienæ prosperitatis inspicias, apud te metipsum anxius afflicti tui cordis pestem moriaris: & dum inspecta felicitas affligit, poena tua te nequiorē reddit. Quid si aliorum bona diligeres, quæ habere non potes, ea tua amatis fierent, quæ in alijs amares, & alieni laboris opera sine tuo labore tua faceres.

¶ Considera, quod inuidia cor vrit, corpus exiccat, mentem iugiter sollicitat: nec homini bene esse permittit, aut iucunde vivere. Est enim sicut vermis natus de ligno, qui lignum de quo egreditur, primum incipit rodere. Sic inuidia quæ nascitur ex hominis corde, primum quod affligit & lædit, est cor de quo nascitur. Postquam autem inuidiæ putredo cor hominis inuidi corruerit, ipsa etiam liuida

## REMEDIA

uida facies ostendit, quam grauius in-  
uidie uersania animū eius instigauerit  
Iustus inuidia nihil est: quia protinus ipsum

*Authorem ledit, cor cruciatq; suum.*

¶ **C**onsydera, quā sit cōtrariū chari-  
tati (quæ Deus est) & bono cōmuni  
(quod Dei largitas omnibus commu-  
niter largitur) aliorū bonis inuidere,  
& eos odisse, quos Deus creauit, san-  
guine suo redemit, & diligit, & de qui-  
bus spes est, ut ad uitam æternā perue-  
niant, qui forsitan saluabunt, & tu dā-  
naberis: cū Deo æternū gaudebūt in  
cœlis, & tu forsitā cū dæmonibus eter-  
num cruciaberis in inferis.

¶ **M**ethodus uitādi Inuidiam.

**A**mplectere humilitatē, fuge ma-  
trem inuidiæ superbiā. Super-  
bus em̄, qui nō solū superiorem,  
sed ne parē quidem pati potest ijs facil-  
lime inuidet, quos aliqua in re beatio-  
res uiderit, hoc timens, ne illis uideri  
possit inferior.

¶ **N**ihil amaueris vel concupueris  
eorum, quæ mundus habet & amat, ut  
sunt

Q

sunt

CONTRA INVIDIAM.

sunt honores, diuitie, voluptates. Expete tñ cœlestem hereditatē & bona spiritualia, quę numerus coheredū nō angustat, quę & omnibus vna & singulis tota sunt, quę tanto largiora esse ostenduntur, quanto ad hęc percipiētū multitudo magis dilatatur. Tēporalia aut̄ tanto fiunt minora singulis, quanto pluribus fuerint diuisa, & idcirco desyderantis mētē liuor excruciat, quia hoc quod appetit, alter accipiens aut funditus adimit, aut a quantitate restringit. Difficile nanq; est vt hoc alteri non inuideat, quod adipisci. ¶ Dum animū tuū inuidię (exoptatitillabit tentatio, eam hac ratione commodissime vinces, si Deū rogaueris, vt ei beneficit, cui vt inuideres, prius sollicitabat tentatio, si que ei charitatis obsequia exhibere statuas.

¶ Neminem prorsus oderis, amicos tuos in Deo diliges, & inimicos tuos ppter Deū. Qui te adhuc sibi inimicū sic dilexit prior, vt animā suā pro te redimēdo poneret. Vnde & per semetipsum

CONTRA INVIDIAM

ipsum dicit, Diligite inimicos vestros,  
bene facite ijs qui oderunt vos.

**T** Iniquū hominē non magis oderis,  
quam fidelis medicus odit egrotum,  
eius vicio tantū sis inimicus. Gregori.  
Inimicos Dei perfecto odio odisse, est,  
& quod facti sunt diligere, & quod fa-  
ciunt increpare, mores prauorum pre-  
mere, vitę prodesse,

**Q**uod ab alio tibi non vis fieri, vi-  
de ne tu alteri id facias, sed quę vis vt  
faciant tibi homines, ita & tu fac illis.  
Per illud malitiā compescitur, vt malū  
quod pati non vis, alteri nō faciens, ces-  
ses a nocendi opere. Per hoc benigni-  
tas præcipit, vt bonū quod tibi ab alio  
fieri expectis alteri impendens, erga  
utilitatē proximi te exerceas ex beni-  
gnitate. Caue autē sic tecū cogitaueris.  
Quid mihi rei cū isto? Ignotus est, ali-  
enus est, nihil vnquā de me beneme-  
ritus est, læsit aliquando, nūquam pro-  
fuit. Tantum memineras, quo merito  
tanta tibi præstiterit **CHRISTVS**, qui  
suā in te beneficentiā non in se (bo-

Q ij      norū

## CONTRA INVIDIAM.

norum em tuorū non indiget) sed in proximo tuo rependi voluit. Tantum vide, quibus ille egeat, & qd tu possis.

**C**In secundis & aduersis aliorū aliē nō te geras, quā si tibi ipsi accidissent. Si alijs secunda euenerint, perinde atq; si tibi euenissent, eorū gratulare felicitati. Si aduersa: flebis cū flentibus, memor idē tibi posse cōtingere, quod & ipsis. In vna em ecclesia, tanquam in vno corpore, membra ita simul gaudere, simul mœrere, & se mutuo iuuare debent, vt quicquid vni acciderit, omnibus acciderit.

## DE CHARITATE.

**C**HARITAS est dilectio, qua diligitur Deus ppter se, & proximus propter Deum. **C**haritas Dei & proximi, propria est & specialis virtus piorū atq; sanctorū, cum cæterę virtutes & bonis & malis possint esse cōmixtas: sine qua nullū bonū adest, imo in vanum & frustra habentur cetera bona, saltem quantū ad salutē eternā cōsequendā: si aut adsit, habentur cetera bona

## REMEDIA

bona. Vt em̄ multi arboris rami ex vna radice prodeunt, sic multae virtutes ex vna charitate generantur: nec habet aliquid viroris ramus boni operis, nisi manauerit e radice charitatis. De qua plenius in epitome preceptorum dictum est.

### Effectus charitatis:

Char. Dei fratrisq; sui delectatio gaudet.  
Fruētibus alterius patientisq; benigna; nulli  
Aemula, nil prae faciens, non ambitiosa:  
Non inflata, procaxue, non inuida, nec sua querēs;  
Congaudens vero, prauum non cogitat, imo  
Omnia fert, credit, sperat, non excidit vnquam:  
Crimina cuncta operit: virtutes perficit omnes.

## DE GULA.

**G**ULA est vorax edacitas, naturae finibus non contenta.

### Cuius octo sunt species:

Præ, cupida, crebro, laute nimis, & studiose  
Sumo cibos, delector eis, vetitis quoq; vescor.

### Peccant per Gulam:

Q iij

Qui

CONTRA GVLAM,

**Err** **¶** Qui comedunt cōtra cōsuetudinē  
vel cōstitutiōm sanctæ Ecclesiæ, ante  
horam debitā, præsertim in ieiunio,  
aut primō mane ante dictas præcatio-  
nes sibi iniūctas, aut diebus festis an-  
te auditum sacrum,

**Cupide** **¶** Qui nimis auide edunt, & cibos  
non satis māsos præ voracitate degluti-

**Crebro** **¶** Qui sæpius edunt quam de-  
beant, aut quā natura patiatur,

**¶** Qui abicq; excusatione sufficienti,  
ieiunia ab ecclesia indicta nō obseruāt.

**¶** Qui delicatos cibos aut potus sibi  
apparari curant, supra statum & facul-  
tates, aut plus quā deceat.

**¶** Qui cibis appositis nō cōtenti lau-  
tius epulari vellēt si possent, ea sola cau-  
sa, vt suis voluptatibus perfruerentur.

**¶** Qui vt suæ voluptati tantū indul-  
geant, vinū merū aut nō satis aqua di-  
lutū bibūt, in pncipiē corporis & animi.

**¶** Qui nimio cibo se ingurgitāt, aut  
vino pfusiore se obruūt. Vnde sequit̃  
crudiras, ebrietas, & alia mala de quib;  
bus mox dicemus,

Qui diuere

**¶** var  
qui  
app  
**¶** per  
culi  
syde  
cori  
**¶** capi  
conf  
**¶** solita  
tra, s  
liū m  
**¶** ijs die  
sanx  
Sensus  
Lingua  
**¶** Q

DE PECCATO

**¶** Qui diuersitatem ciborū exquirūt studiose  
varietatem saporū affectāt, nīmīū ex-  
quisitas & studiose apparatus epulas  
appetunt.

**¶** Qui cōtemnūt sufficientiā, & su-  
perfluitatem desyderāt, & in varijs fer-  
culis & lautis cibarijs suū ponunt de-  
syderiū, relicto diuinorū cogitatu, &  
corū adquæ faciēda obstricti sunt.

**¶** Qui in cibis voluptatem nīmiam *Nimia De*  
capiunt, & ventrē quasi Deum suum *lectatio*  
constituunt.

**¶** Qui edunt nociua, aut sibi nocere *Esus Ve-*  
solita: siue in anima, vt Adam & He- *titorum*  
tra, siue in corpore vt qui contra fide-  
liū medicorū mādata aliqd comedūt.

**¶** Qui carnes comedūt aut lactaria,  
ijs diebus quibus ab ijs abstinendum  
sanxit Ecclesia.

**¶** Filix Gulæ.

*Sensus hebes, crudum corpus, scurrile, proteruum,  
Lingua loquax, somnus, nausea, fœda venus.*

Peccant ex Gula:

**¶** Qui præ crapula, ita mentis oculo- *Sensus*  
**Q** iiii *rum Hebetudo*

DE PECCATO

rū & aliorū sensuū acumen subuertūt  
& hebetant, vt a cōmessatione nec o-  
rare, nec aliud opus studiosum debitū  
facere possint. Pinguis em̄ venter nō  
gignit sensum tenuem.

*Cruditat.* ¶ Qui ex nimia crapula in languo-  
rem aut morbum incidunt.

*Scurrili-  
tas.* ¶ Qui impudenti corporis & mem-  
brorū gestu, incompositaq; gesticula-  
tione alios ad risum prouocant.

*Proteruita* ¶ Qui ex crapula a mente alieni ira-  
scuntur, minantur, lædūt, aut turpio-  
ra multo designant.

*Loquaci-  
tas.* ¶ Qui cibo & potu onerati, inconsi-  
derate & temere loquuntur, euomūtq;  
detractiōes, turpia v̄ba aut blasphemias.

*Somnole-  
tia.* ¶ Qui ex nimia cibi & potus inglu-  
uie, naturā ita corrūpunt & suffocant,  
vt somno profusiore sit opus ad exha-  
landam crapulam.

*Nausea.  
Venas.* ¶ Qui ex gulæ vitio nauseāt, singul-  
tiūt, ructant, foetidum anhelitum ha-  
bent, aut in libidinofam immunditi-  
am labuntur.

Me.

**M**ethodus detestādi Gulam;

**C**ONSYDERA, q̄ peccatū Gule mors intrauit in omne genus hūmanū: vnde ea tibi prima pugna est quam te oportet deuincere, & quāto minus superata fuerit, tāto validiora sunt cætera vitia contra te, & tu debilior cōtra ea. Gulam nisi prius restrinxis, cætera vitia restringere nō poteris: a gula tibi inchoandū est, si cætera vitia velis superare: illa nisi prius refrenetur, frustra cōtra alia vitia laboratur. Tunc em̄ hostes q̄ extra nos sunt, a nobis fortius superantur, quando prius quæ intra nos sunt vitia, extingunt. Frustra foris agit bellū, qui intus habet periculū, vnde & Saluatorē nostrū Diabolus primum de gula tentauit, quasi a ianua aliorum vitiorum.

**C**onsydera CHRISTI singularem abstinentiā qui in desertum veniens, ieiunauit quadraginta diebus & quadraginta noctibus, nihil interim manducans: vt per ieiuniū carnem innocētem pro nobis maceraret, exemplūq̄

Q. v. fide

REMEDIA

fidelibus daret, se se offerēdi Deo per  
ieiuniū, Qui quidem postea esuriūt.  
Si ille qui dat escam omni carni, & per  
quem ne volatilia quidem cœli esuri-  
unt, pro te ieiunans esuriūt, quanto ma-  
gis pro te ieiunare deberes? Qualis  
Christianus es qui Christo esuriēte tu  
crapularis? & pro salute tua famē su-  
stinente, tu pro peccatis tuis ieiunare  
recusas,

✠ Cōsidera quā amaro potu rex re-  
gum & dominus dominantium IESVS  
Christus, a crudelissimis Iudæis pota-  
tus fuerit in cruce: dum ppter nimium  
laborem & sanguinis in pretium anima-  
rum nostrarum effusi emanationem, intus  
desiccatus, arefactus, & adustus totus  
supramodum sitiret. In qua vehemētis-  
sima siti, acetum cum felle mixtum in spō-  
gia arundinis superimposita crudelissi-  
mi Iudæi domino Deo nostro porrexe-  
runt. O quam amarum poculum, in quali  
vasculo ei ppinatum est, quod dat terræ plu-  
uiam, eamque germinare facit? Si ad mē-  
tem reduceres o Christiane, acetum cum  
felle

CONTRA GVLAM.

felle mixtum CHRISTO propinatū,  
 in cibo & potu quātumcūq; vili sapor  
 rem inuenires : propter Christum felle  
 & aceto potatū, sensualitati tuę resiste  
 res. Qualiter tollis crucē tuā & Chri  
 stum sequeris : cū is felle & aceto ī cru  
 ce pro te potatus fuerit, gulę autē tuę  
 pretiosa vina & magnifici ciborū appa  
 ratus nō satis faciunt? Non est cibus  
 adeo aridus ( inquit Bernardus ) qui  
 nō efficiatur sapidus, si illius aceti qđ  
 ppinatū est, cōdimēto fuerit tēperatus  
 ↪ Cōsydera, qđ Apostolos suos quos  
 tenerrime diligebat, in presentia sua  
 spicas auellere, & manibus fricare per  
 mittebat Christus, & tali pabulo more  
 animalīū sustentari : cum miraculose  
 potuisset ipsis cibos creare, aut iā crea  
 tos multiplicare : sed tñ exemplū absti  
 nētię nobis relinquens, eos voluit in  
 abstinentia exercere, vt eorū exemplo  
 pompā mundi cōtemnendā ostende  
 ret, sumptuosa cibaria & saporosa a no  
 bis arceret, & gulę voracitatem eiusq;  
 insatiabilē appetitū ī nobis euacuaret.

Cō

REMEDIA

**C**onsydera multorū sanctorū abstinentiam, qui in eremū profecti carnem suā ppter Christum crucifixerūt cum passionibus & concupiscentijs.

**C**onsydera, q̄ multi pauperes panem & aquā sibi ad delicias reputant, nec tñ ea ad satietatē habere possunt: & tūc videbis, quam benignus erga te fuerit is, qui pro te esuriit, & aceto mixto cum felle potatus est: quod ad hęc aliquid tibi adiecerit.

**C**onsydera, quam indignum sit & nefariū, illud idem os ( quo sacratissimū Christi corpus sæpe, aut saltem semel in anno sumis ) instrumentū fieri gulæ, detractiōis, blasphemia, & aliorum pluriū peccatorū: vt eodem ostio & vitā aliquando introduces, & multo sæpius mortē: eodemq; quotidie voluptuosos cibos & foedissimas crapulas auidius deuores, quā pretiosissimū illum angelorū panē aliquādo sumas: & quod ad benedicendū Domino tibi datum est, in nequitia & omnis peccati instrumentū cōuertas, & in obstaculū

CONTRA GVLAM.

culum peruentionis ad patriam, quod tibi datum est ad acquirendam æternam gloriam.

**C**onsydera, q̄ voluptas linguæ vix duorū habet latitudinē digitorum : & huic tam modicæ parti, tam breui delectationi, aer, terra, mare vix sufficiūt. Hinc pauperes spoliantur, & rapinæ fiunt, vt fames pauperū trāseat in delicias tam modicæ vnius homunculi particulæ. Quā miserū vt momentanea tā modicæ particulæ delectatiuncula, & animam & corpus etiā ipsum a cœlesti gloria arceat, & in æternam miseriam detrudat.

**C**onsydera, q̄ dum vis saluare corpus, nec cōmittere, vt vlla re egeat, tūc temporis ipsum in extremam inopiā & egestatem detrudis : quia & ipsum & eius, ānimā in æternam deducis dā natiōm vbi egestas est & inopia omnium rerū, præterquā miseriarū, Næ tu homo es iudicij valde præposteri, qui corpus quod vermes in sepulchro mox deuoraturi sūt, cibis delicatis impinguas

REMEDIA

pinguas : animā vero tuam bonis op<sup>o</sup>  
 bus impinguare renuis, quæ ad De  
 tribunal mox præsentabitur iudicāda  
 quam si hic bonorum operum fructu  
 non impinguaueris : quantumcunq;  
 pinguis sit venter, ea mittetur in gehē  
 nam ignis. Quā sic neglecta, ne corp<sup>o</sup>  
 quidem saluare poteris; nō tamen ani  
 ma pro corpore, sed corpus p<sup>o</sup> anima  
 factum est. Qui quod primū est negli  
 gis, & quod posterius est extollis; ut  
 runcq; corrumpis, & tuo te iugulas gla  
 dio. Quia carnem ( quæ tibi in adiuto  
 rium data est, vt ea vtaris ad omne op<sup>o</sup>  
 bonum ) tibi in ruīnam & laqueū cō  
 uertis. Si vero ordinem seruaueris, cu  
 rauerisq; quod primū est, etiam si ne  
 gligas quod est secundum, p<sup>o</sup> primi sa  
 lutem saluabis & secundum. ; Quia si  
 post mortem tuam anima tua beata sit,  
 in finali iudicio corpus tuum ipsi rurs<sup>o</sup>  
 copulatum, resurget gloriosum. Si autē  
 damnata erit anima tua ( quod omē a/  
 uertat Deus ) corpus tuum miserimæ  
 animæ suæ infelici vinculo rursus col  
 ligatum

CONTRA GVLAM

ligatum, ipsi in tormentis poenalibus sociabitur: vt quæ hic sociæ fuerunt in vitijs, ibi etiam sint sociæ in tormentis.

**C**onsydera quã cito gulæ delectatio pertransit, quam breuiter durat, & quod transacta sic est quãsi nunq̃ fuerit, & relinquit post se vestigia remordentis cõscientiæ, poenitudinis, cõfessionis, & timorem æternæ dånatiõis, sibi debitæ: & in morte de temporarijs gaudijs in dolores poenasq̃ æternas animã deducit. Breue em̃ est quod delectat, æternum aut̃ quod cruciat: voluptas modica, poena aut̃ infinita. Sicut vicissim resistēdo tētationi, passio modica, gloria perpetua. Gregorius: Vñ caro ad tempus suauiter viuít, inde spiritus in æternũ cruciatur: & q̃ plus caro punitur in hac vita, tanto plus gaudebit infurura.

**C**onsydera, q̃ qui in huius seculi prandio siliquis porcorum se exaturauerit, & ad patriam tendētes stabulũ p̃ domo dilexerint, ad cœlestē cœnã nõ peruenient vnquam: sed ij tantum  
qui

RE MEDIA

qui in huius seculi prædio a voluptati-  
 bus abstinerint, & æternæ cœnæ se  
 reseruauerint. Nemo enim potest &  
 hic cum mundo & illic cū Christo gau-  
 dere, præsentibus & futuris bonis frui  
 vt hic ventrem, illic mentem impleat  
 vt de delicijs ad delicias transeat. Nam  
 qui temporalia maluerit, carebit æter-  
 nis, qui corporalia præposuerit, priua-  
 bitur spiritualibus, qui terrena prætu-  
 lerit, cœlestia non habebit. Vnde La-  
 zarus qui receperat malū in vita sua,  
 deportatus est ab angelis in sinū Abra-  
 hę. Diues aut ille epulo, purpuratus,  
 pinguis & nitidus, qui epulabatur q̄ti  
 die splēdide, mortuus & sepultus, in  
 infernū est detrusus. Idem em̄ non ha-  
 bēt premiū, fames & ingluuias, volu-  
 ptas & continētia, quia in morte, mise-  
 rię delicijs, & delicię miserijs cōmutāt.  
 ¶ Considera quanto satius est, supr  
 fluos cibos & potus pauperibus erogā-  
 do tibi in æternā retributiōem reserua-  
 re, quā in animi & corporis perniciem  
 ad breue tempus ijs saginari, & postea  
 non so

CONTRA GVLAM

nō solū eos perdere, sed cū ihs etiā cor-  
pus & animam. Opipare superioribus  
annis es epulatus, quid ex tantis cibo-  
rū lautitijs tibi superest? nimirū nihil,  
nisi forte conscientię infestissimus ille  
remorsus, Profecto quod accepisti, sci-  
licet crapulando, illud nō habes: quod  
aut nō accepisti, sed pauperibus eroga-  
sti, illud habes & in coelesti patria tua  
tibi reseruatum.

✠ Consydera, q̄ in morte tāto vili-  
ora foetidioraq; sunt cadauera, quanto  
delicatus in crapulis & voluptatibus  
fuerint enutrita, Nā caro quā nūc deli-  
catis cibus alitur, paulo post scaturire  
vermibus agnossetur, & in sepulchro  
eo erit delectabilior esca vermū, quo  
hic delectabilius saginata fuerit abūdā-  
tia ferculorū: & quāto nūc sibi appa-  
tari curat suauiorē ciborū mollitiē, pu-  
trefacta tāto grauiorē exhalabit foeto-  
rē. Idq; adeo vt qui (dum ea viueret)  
eius aspectu & cōsortio gratius nil ha-  
bebāt, ea mortua nil foetidi⁹, nil vilius  
nil horribilius inueniāt, eiusq; aspectū

R

& con

REMEDIA

& confortium perhorrescant.

**C**onsydera q̄ lauti & delicati cibi corpori militant, nō spiritui: ijs anima nō saginat, sed caro: & palatū quidem irritāt sed libidinē excitāt. Amhrosi⁹ Fames amica virginitati est, inimica la sciuiā: saturitas vero castitatē prodigit nutrit illecebram.

**C**onsydera quāta mala gulā comi tantur. In primis nimia. inordinata, & nimis festinata comestio ledit natutā, & minus nutrit, quāto magis vēter reficitur, tāto amplius ratiōis intellectus & mentis acies destruitur & obtūdit: quia pinguis ventē non gignit sensum tenuem. Diminuit etiā oculorū perspicacitatē, multos languores & morbos parit, & plerūq; mortē homini accersit plures em̄ occidit gula, quā gladius.

**M**ethodus uitandi gulam.

**Q**uoniam dū necessitas solui sibi debitū quærit, voluptas sub ea latitās suū expleri desyderium appetit: tatoq; facilius illa hominibus obrepit, quanto

CONTRA GVLAM

130

quāto honestiore necessitatis nomīne  
se cōtegit. Idcirco magna opus est cau  
tione & prudētia, ad domādā & refre  
nādā illā voluptatis ingluuiē, & sub ra  
tiōis dominio cōtinēdā, q̄ si vis vt ca  
ro tua animæ tuæ & ratiōi seruiat &  
subiecta sit: fac vt anima tua Deo ser  
uiat, eidemq; ratio subiecta sit. Omni  
no necesse est animā a Deo regi, vt cor  
pus possit regere. Quādoquidem sic a  
Deo mirabiliter cōditi sumus, vt ratiō  
ni domineſcēt Deus, ratio animæ, anima  
corpori. Verū animæ dominio se subij  
cere corpus renuit, nisi illa ratiōis pri  
se se subiecerit imperio, & ratio sese cō  
formauerit Deo.

✎ Cum mētē tuā gulæ titillabit tēta  
tio, imaginare in animo tuo, ac si eam  
habueris delicati cibi & potus delecta  
tiūculam, & ea satiatus sis, & hora præ  
terierit: quia palati, linguæ, & gutturis  
voluptas est quasi somniū noctis trāsa  
ctæ, imo cōtemptibilior & foedior, q̄  
dolētē relinquit cōsciētā præterita ea  
voluptas, euitata vero lætā & securam

R ij Modic⁹

## REMEDIA


Modicus & tēperatus cibus, & carni  
& animæ utilis est.

✎ Multo melius est quotidie parum  
quā raro nimīū sumere, Parcus cibus  
& semper vent' esuriēs, triduanis ieiunij  
preferatur. Pluuia em̄ illa optima  
est, quæ sensim descēdit in terras: subit  
us & nimius imber, in præceps arua

¶ Quādo comedis, cogita ( subuertit  
q̄ ventri obrēperādū nō est: sed q̄ statī  
tibi sit studendū, legendum, aut aliud  
quidpiā boni operis peragendum, ad  
quod stare non potes oherato ventre.  
Itaq; in cūctis cibus & potibus cōsyde  
rabis, non quæ voluptas, sed quæ requirit

¶ Fames modo & mēsu ( necessitas  
ra vincenda est. Nā Galenū perhibent  
annos centū & viginti vixisse, q̄ e mē  
sa nūquā satur abierit. Neq; tamē hīc  
exigimus, vt teipsum fame conficias:  
sed ne supra quā vsus vitę postulat, im  
placabili voracitati seruias. Asinus em̄  
( id est corpus tuū ) indiget pabulo ne  
deficiat: & onere ( id est exercitatione  
& abstinentia ) ne lasciuat. Bernardus  
Carnē

CONTRA GVLAM

Carnē oportet restringere, non extinguerē: reprimere, nō opprimere: vt seruiat, & nō sauiat: vt ancilletur, & nō  Nō plus ieiuniorū tibi C domine imponas, quā ferre possis. Sint tibi ieiunia pura, casta, simplicia, moderata, & nō superstitiosa,

**C** Vini saturitatē æque ac cicutā fuge: ne venter æstrās vino in quo est luxuria, vsq; ad titillationē luxuriæ pertingat, & iuuenile corpus sua sponte ad vehementiā procliue, ad insaniam adigat. Vini autem ardorem immixta aqua temperabis.

**C** Cibis parabilibus & vulgaribus cōtentus esto. Nam quid adolescenti, cuius stomachus natura expeditus est ad digestionē, cū perdicibus, ferinis, capis, & id genus lautitijs, quas stomacho iā segni & corpori semimortuo necessitas ipsa vtendas reponit? Nam fouendi senij, quæ spes erit, si iuuetus per intemperatiā ea fastidiosa fecerit, quæ languentē stomachū reficere deberent.

REMEDIA

DE ABSTINENTIA.

**A**bstinentia est a cibo & potu p  
 sola corporis castigatiōe cessatio  
 deus homini ad esum multa bona cre  
 auit: sed ne mensuram edēdi excede  
 ret, abstinentiā imperauit, qua omnes  
 carnales cupiditates & omnia vitia ex  
 tirparentur, sicut vicissim omnes ani  
 mæ virtutes gulæ vitio destruuntur.  
 Abstineat ( inquit Augusti. ) a multis  
 licitis, qui per libertatem arbitrij multa  
 cōmisit illicita. Et qui per illicita ( in  
 quit Gregorius ) defluendo cecidim⁹,  
 etiā a licitis nos metiplos restringendo  
 surgamus. Pro eo em̄ ( inquit Bernar  
 dus ) quod a b ipsis quoq; licitis absti  
 nemus: ea nobis, quæ prius cōmisim⁹  
 illicita, condonantur. Quid vero est cō  
 donari cōmissa, nisi ieiunio breui ieiu  
 nia redimi sempiterna? Gehennā em̄  
 meruimus, vbi nullus vnquā cibus est  
 cōsolatio nulla, terminus nullus, vbi  
 guttā aquæ diues postulat, & accipere  
 nō meretur. Bona ergo est & salutaris  
 abstine

ABSTINENTIA.

abstinentia, per quā redimūtur eterna  
 supplicia, dū remittūtur hoc modo pec-  
 cata. Itaq; quoniam eiecit nos cib⁹ de  
 paradiso, illuc nos reducat esuries. In-  
 cassum autē per abstinentiā caro atteri-  
 tur, si inordinatis demissa motib⁹ mēs  
 vitij dissipatione. Quid em̄ prodest atte-  
 nuare corpus abstinentiā, si animus in-  
 tumescat superbia? quā laudem mere-  
 bimur? de pallore ieiunij, si liuidi sum⁹  
 inuidia, quid virtutis habet vinū non  
 bibere & ira atq; odio inebriari? Tūc  
 demū p̄ ræclara est abstinentia, tūc pul-  
 chra ac magna corporis castigatio,  
 cum animus est mūdus a vitij. Eo em̄  
 abstinentiæ bonum deperit, quo sese a  
 spiritalib⁹ vitij minime custodit. Hic  
 Ioel: Sanctificate (inquit) ieiunium.  
 Ieiuniū autē sanctificare. est adiunctis  
 illis bonis operibus dignā Deo absti-  
 nentiam carnis ostendere. Bernardus <sup>Ieiuniū</sup> sanctifica  
 re quid sit.  
 Volo autē admonitos esse fra tres meos  
 obseruandū esse ieiuniū, nō ab eis ta-  
 tum, sed ab omnibus illecebris carnis  
 & vniuersa corporis voluptate: imo

R iij vero iei

## DE PECCATO

vero ieiunandū esse lōge amplius a vitijs, quam a cibis. Qui em̄ a cibis abstinent, & prauē agūt, dæmones imitantur, quibus esca nō est, & nequitia semper est. Itaq; nō solum istud ieiuniū visibiliū ciborū, ad perfectionem cordis & corporis puritatem sufficere posse credendum est, nisi huic fuerit animæ quoq; ieiuniū copulatū. Habet namq; & illa suos noxios cibos, quibus impinguata, etiam sine escarū abūdātia ad luxuriā pręrupta deuoluitur.

Nouerint autē abstinentes, q̄ tunc placentem Deo abstinentiam offerunt cum ea quæ sibi de alimentis subtrahunt, indigentibus largiuntur, nō loculis. Non em̄ Deo, sed sibi ieiunant, si ea quæ ventri ad tempus subtrahūt, nō egenis tribnūt, sed ventri postmodum offerenda custodiunt.

## DE IRA.

**I**Ra est motus animi cōcitati ad vindictam.

Cuius

IRAE

**¶** Cuius duæ sunt species.

*Voluitur ira grauis tacito sub pectore: deinde  
Exteriora probant, animi quid parturit ira.*

**¶** Peccant per Iram.

**¶** Qui in suis animis irā grauem col- *Ira interū*  
ligūt, quā signo exteriorē nō p̄ se ferūt. *or.*

**¶** Qui confusa vocis effusione ani- *Ira exterū.*  
mi sui iracundiam præ se ferunt. *or.*

**¶** Iræ septem sunt filia.

*Impatiens animus, diræ, blasphemia, probrum.  
Vltio, rixa, minæ, sunt iræ pignora septem.*

**¶** Peccant ex Ira.

**¶** Qui ab alio iniuria affecti, eū indi- *Impacien-*  
gnū putant a quo talia pati debeant. *tia animi.*

**¶** Qui in alterū irati, animū suū di-  
uersis cogitationibus amaris adplicāt,  
cogitantes quomodo in eū vlcisci pos-

**¶** Qui inordinato clamore & (sint)  
cōfusa locutiōe, præ se ferunt cum quā  
to animi mœrore se ab alijs reprehendi  
audiāt, aut cōuitijs peti.

**¶** Qui damna, calamitates, morbos

R v aut.

DE PECCATO IRAE

aut alia quibus a Deo afficiuntur, grauius tolerant quam debeant,

**Maledictio** ¶ Qui pra' iracundia alteri diras imprecantur, & maledicunt,

**Blasphemia** ¶ Qui ira excandescunt, Deū quāsi mēbratim discerpūt: aut nomē Dei & sanctorū in vanū iurāt aut peierant.

**Probrū** ¶ Qui cū aliquo agunt cōiūctis: eundemq; irrident, & corā alijs diffamant  
¶ Qui exprobrant alicui paupertatem. aut animi corporisue vitium.

**Vltio** ¶ Qui ex iracundia & gratia animi sui explēdi, alijs appetūt dānū aut ma-

¶ Qui cū aliquo similtates gerūt, cū desiderio vindictae, & appetitu nocēdi p se vel per aliū ꝑ bis aut factis.

¶ Qui vindictae causa alteri dānum aut malum afferūt.

**Rixa** ¶ Qui ex animo ira accēso vsq; ad verbera perueniunt.

¶ Qui re ipsa pra' iracūdiā proximo inferūt nocumentū in rebus eius aut corpore: vt qui in eius capillos inuolant, pellunt, percutiunt.

¶ Qui arma, baculos, lapides & similia

RE MEDIA CONTRA IRAM  
milia nocendi causa deferunt,  
¶ Qui libenter nocerent, si per occa-  
sionem & vires liceret.

¶ Qui iniustū malum alteri iniuste  
minantur: nō ratiōe iustitiæ & corre-  
ptionis, sed ad vltionem tantum. *Mina*

¶ Methodus detestandi iram;

¶ Cōsydera, q̄ animātia ratiōis ex-  
pertia in suo quæq; genere ciuili-  
ter cōcorditerq; degūt: armentatim vi-  
uunt elephantī, gregatim sues & oues  
pascūtur, turmatim volāt sturni & gra-  
culi, per vices iusta quadā politia gru-  
es suas agūt excubias: mutuis officijs  
sele tuētur grues, delphini, & cerui: nō  
ta est formicarū & apū inter ipsas con-  
cōrs politia. Inter immanissimas etiā  
feras cōuenit, leonū in̄ter ipsos feritas  
nō dimicat, aper in aprū nō vibrat dē-  
tem fulmineū, lynxi cū lynce pax est,  
draco nō sœuit in draconem, lupi inter  
se viuunt cōcorditer. Ipsi etiā impij spi-  
ritus, per quos cœlitū atq; hominū con-  
cordia primū dirupta est, & hodie rū-  
pitur

REMEDIA

pitur: tamen inter se foedus habēt, su-  
amq; illā qualemcūq; tyrannidem cō-  
sensu tuentur. Soli aut̄ homines, quos  
omniū maxime decebat vnanimitas,  
& quibus ea maxime erat necessaria,  
intestinis inter se dissident odijs. Qui-  
bus irrationabiles creaturæ in suo q̄q;  
genere inuicem cōcordādo indicant,  
quātū malū per discordiam rationales  
creaturæ committāt, quando hęc ratio-  
nis causa id perdunt, quod illę motu  
naturali custodiunt.

¶ Consydera q; ceteris animantibus  
ab homine, vindictę & vltionis instru-  
mentū natura indidit: equo calcē, cer-  
uo cornu, apro dentem, apī aculeum,  
aui rostrum & vngues, deniq; vel ipsi  
pulici morsum addidit. Te vero ad mā-  
suetudinē & patientiā pduxit iner-  
mem & nudū, vtpote ne haberes vn-  
de vim vi repelleres. Consydera igitur  
quā præter tuā naturā sit, in alīū vlcī-  
sci, & vim vi repellere, p̄sertim armis  
aliunde quęsitis: cū vel crudelissimæ  
feræ & ad crudelitatem natæ, suis ar-  
mis dun-

CONTRA IRAM

mis duntaxat, & sibi a natura inditis  
suam vlciscātur i niuriā. Si ferā videris  
tibi metuis: si hominē, sapius for/  
midas, nec in teipso quidem pacem ha  
bes: deniq; ne a pulicibus quidem tur  
tus es. Homo aut ( inquit Augustin⁹ )  
tibi conuitiū dicit, & tumes & iratus  
es: pulicib⁹ resiste si potes, vt dormias.

**C**onsydra, quæ, quāta, quoties in  
Deū peccauisti: si illatam tibi iniuriā  
proximo tuo illius iniuriæ illatori con  
donaueris, cōdonabit & ipse tibi tuā  
in se iniuriam. Nulla est ratio cōmodi  
or, qua post offensam recōciliaris Deo  
quam si tu offēsus recōciliare fratri tuo  
Cōdona leuem culpā proximo ( leue  
tē est, quicquid homo peccat in homi  
nem ) vt tibi tot milia culparū condo  
net Deus. At durū est ( inquis ) ira tū  
animū cōprimere: non tibi in mentem  
venit, quāto duriora pro te pertulerit  
dominus Deus noster? Quid eras, cū  
pro te pretiosam suā animā poneret?  
Nonne inimicus? Qua benignitate q̄/  
tidie te tolerat vetera peccata iterantē?  
qua

RE MEDIA

qua misericordia etiã grauiſſime offen-  
 ſus, ad ſe recipit reuerẽtem. Poſtremo  
 qua mañſuetudine ille pertulit pbra  
 vincula, verbera, deniq; mortẽ ignomi-  
 nioliſſimã? Gregorius: Si paſſio Chri-  
 ſti ad memoriã reuocet: nihil adeo du-  
 rũ eſt, quod nõ æquo animo toleretur.  
 At indignus eſt (inquis) inimicus me-  
 us, cui ignoſcat. Itane tu dignus eras,  
 cui ignoſceret Deus? Vis Deum in te  
 exercere ſuã miſericordiã, & in pxi-  
 mũ tuũ vis exercere ſeuerã iuſtitiã?  
 Magnũ ẽ tibi ſcilicet, ſi peccator igno-  
 ſcas peccatori, cũ dominus Deus no-  
 ſter pro crucifixoribus patrem oraue-  
 rit. Poſtremo ſi inimicus tuus indignus  
 eſt, cui beneficiũ pro maleficio repen-  
 datur: at tu dignus es qui id facias, di-  
 gnus & ipſe Chriſtus p quo id fiat.  
 ¶ Cõſydera q; tãdiu nullũ boni ope-  
 ris ſacrificiũ immolas, quãdiu a proxi-  
 mo per iracundiã diſcordas. Scriptum  
 nanq; eſt: Si offers munus tuũ ad alta-  
 re, & ibi recordatus fueris, q; frater tu-  
 us habet aliquid aduerſũ te: relinque  
 ibi mu-

CONTRA IRAM

Ibi munus tuū ante altare, & vade prius reconciliari fratri tuo: & tunc veniens offeres munus tuū. Ex qua præceptiōe cōsydera, quā eorū culpa intolerabilis esse mōstratur, quorū hostia repellitur. Nam cū mala cūcta bonis sequētibus diluant, magna vt sint mala discordiæ necesse est, quæ nisi fundit⁹ extincta fuerint, bonū opus subsequi non permittunt.

**C**onsydera, q̄ forsitā proximū tuū a quo offensus es, grauius multo alias offendisti, nec tamen in te vltus est, sed illatā sibi iniuriā patiēter tolerauit. Itā q̄ quia alter alterius onera portare debet, eum vicissim patienter tolerare debes. Nulla em̄ ( inquit Gregorius ) sūt bona quæ agimus, nisi æquanimiter proximorū mala toleremus.

**C**ōsydera cui es inimicus, nempe aut iusto homini, aut iniusto. Si iusto miserrimū certe est te ei esse inimicum cui Deus est amicus: te ei velle nocere cui Deus vult bene esse. Præterea lapidi irasceris: ei em̄ tua molestia nō moues bi

## REMEDIA

ues bilem, sed eius exerces patientiam  
 Si iniusto, nō minus miserū est, vt alie  
 nā vlciscaris improbitatem, te fieri im  
 probiorem, & dū violenter in tua ipsius  
 causa iudex, alienā conaris punire in  
 iustitiam, te nouam admittere iniqui  
 tatem. His amplius, quis tandem mu  
 tuarū iniuriarū erit finis, si suā quisq;  
 iniuriam pergat vindicare? Crescunt  
 vtrinq; inimicitia, in crudescit dolor.  
 Acceptū em̄ incōmodū neutiquā tolli  
 tur vindicta, sed propagatur, & iniu  
 stus inimicus tuus, plerunq; iniustior  
 redditur & iniquior, magisq; in malo  
 induratus. Leuitate aut em̄ & patien  
 tia sanatur non nunquam etiam is qui  
 fecit iniuriam, & ad se reuersus, ex ini  
 mico fit certissimus amicus. Qd̄ si ne  
 hac quidem ratioe cor eius lenire pos  
 sis, at certe tuum sic lenies,  
**C**onsydera, q̄ sufficit diei malitia  
 sua, & in hoc seculo tot tantaq; occur  
 runt aduersa, vt quātumcunq; labora  
 ueris, vix possis in temetipso pace frui  
 Eam ob rem tibi stultū est, mētem tuā  
p se fa

CONTRA IRAM;

per se satis inquietā, odio & inimicis  
exasperare. Quod si velles omnes op-  
primere quos pateris aduersarios, iterū  
alij insurgerent, & prius succumberes,  
quā eos omnes oprimere posses. Quos  
omnes cōmodissime superabis, si malū  
pro malo nō reddideris, sed potius te  
ipsum per patientiam viceris.

☞ Consydera, q̄ dum vim vi repel-  
lere conaris, nec sinere vt vlla in re vin-  
ci videaris; tūc maxime vinceris, dum  
irā affectibus succūbis, animoq; tuo  
dominari non potes. Cui si posses do-  
minari, expugnatore vrbiū esses for-  
tior, Minor si quidē est victoria vrbiū,  
quia extra sunt quæ subiugantur: mul-  
to aut̄ maius est, q̄ per patientiā vincit̄:  
quia ipse a se animus superatur, semet-  
ipsum sibi metipli subijcit, & se intra se  
frānari cōpellit, & in se ipso; in̄clusam  
crudelissimam ferā iracundiā superat.

☞ Consydera, q̄ si refrenare tuos affe-  
ctus & irā passiones nolueris, eo men-  
tem impellet furor, quo non trahet de-  
siderium; & cōmotus ages velut ne-  
scies

REMEDIA

sciens, vnde post doles sciens: & peccata tua postquã fuerint perpetrata, vix cognosces: quia vix vlli irascēti ira sua videtur iniusta, sed iræ suæ stimulum plerunq; iustitiæ zelum putat: cū aut vitium virtus creditur, sine metu culpa cumulat, *habetur in peccatis eius*

¶ Consydera, q; nisi perturbatiōi tuę obstiteris, etiã quæ a te tranquilla mēte fuerant bene gesta p̄fundes: & improuiso impulsu destrues, quicquid forsitan diu labore p̄uido cōstruxeras.

✚ Consydera omnia mala quæ ex ira euenire solent, vt sunt iniuriæ, dissentiones, verbera, plage, homicidia, & cetera huiusmodi.

¶ Consydera indignū esse te Christi anū CHRISTI imitatore, aliorū risu vel sublannatiōe affici, cū etiã Dominū Deum nostrū ab eiusmodi hominibus nō ignores irrisum, sed exultare potius & gaudere deberes, si & tu illa omnia, quę & Dominus noster an̄ tui causa pertulit, tu etiam perferas, recepturus vel p̄ ipsa sublannatiōe mercedem

CONTRA IRAM,

cedem : nihil em̄ est, quod nobis pro Christi nomine sine premio irrogetur. Vide ergo, quam beati sunt Christiani atq; felices, quibus etiam insipientiū rīsus pficit ad salutem. Ita dñs diligētes se diligit, ita se timentes honorat, vt nec irrideri eos gratuito sinat, quibus & pro subsannatiōe retribuet vltiōem, dicitq; eis Dominus. Mihi vindictam, & ego retribuam.

**¶** Quisq; es, qui aduersitates & Dei flagella impatientius æquo toleras, cōsidera q̄ nisi Deus a se per tribulationes correptis hæreditatem dare dispo-neret, erudire eos per tribulatiōes non curaret. Hinc nanq; ad Ioannē Dominus per angelū dicit : Ego quos amo, arguo & castigo. Hinc rursus scriptū est : Fili mi, noli negligere disciplinā Domini : neq; fatigeris cum ab eo argueris : quē em̄ diligit Dominus, castigat : flagellat autem omnem filium quem recipit. Hinc Psalmista ait. Multæ tribulationes iustorū : & de omnibus his liberabit eos Dominus.

S ij      Consy.

REMEDIA

sciens, vnde post doles sciens: & peccata tua postquā fuerint perpetrata, vix cognosces: quia vix vlli irascēti ira sua videtur iniusta, sed iræ suæ stimulum plerūq; iustitiæ zelum putat: cū aut vitium virtus creditur, sine metu culpa cumulat.

¶ Considera, q; nisi perturbatiōi tuę obstiteris, etiā quæ a te tranquilla mēte fuerant bene gesta, p̄fundes: & improprio impulsu destrues, quicquid forsitan diu labore p̄uido cōstruxeras.

✚ Considera omnia mala quæ ex ira euenire solent, vt sunt iniuriæ, dissensionēs, verbera, plagæ, homicidia, & cetera huiusmodi.

¶ Considera indignū esse te Christi anū CHRISTI imitatore, aliorū risu vel subsannatiōe affici, cū etiā Dominū Deum nostrū ab eiusmodi hominibus nō ignores irrisum, sed exultare potius & gaudere deberes, si & tu illa omnia, quæ & Dominus noster an̄ tui causa pertulit, tu etiam perferas, recepturus vel p̄ ipsa subsannatiōe mercedem

C O N T R A I R A M,

cedem : nihil em̄ est, quod nobis pro Christi nomine sine premio irrogetur. Vide ergo, quam beati sunt Christiani atq; felices, quibus etiam insipientiū rīsus p̄ficīt ad salutem. Ita dñs diligētes se diligit, ita se timentes honorat, vt nec irrideri eos gratuito sinat, quibus & pro subsannatiōe retribuet vltimōem, dicitq; eis Dominus. Mihi vindictam, & ego retribuam.

**¶** Quisq; es, qui aduersitates & Dei flagella impatientius a quo toleras, cōsidera q̄ nisi Deus a se per tribulationes correptis h̄reditatem dare dispo- neret, erudire eos per tribulatiōes non curaret. Hinc nanq; ad Ioannē Dominus per angelū dicit : Ego quos amo, arguo & castigo. Hinc rursus scriptū est : Fili mi, noli negligere disciplinā Domini : neq; fatigeris cum ab eo argueris : quē em̄ diligit Dominus, castigat : flagellat autem omnem filium quem recipit. Hinc Psalmista ait. Multae tribulationes iustorū : & de omnibus his liberabit eos Dominus.

S ij      Consy,

REMEDIA

**C**ōfydera, q̄ pro percipiendis terrenis h̄ereditatibus parentes duris discipline flagellis carnales filios castigāt. Quæ ergo diuine correptionis p̄na grauis esse debeat, per quā nunquam amittenda hereditas percipitur, & semper mansura supplicia vitantur? Si em̄ (inquit Gregorius) attendatur felicitas, quæ sine trāsitū attingitur, leue fit quod transeundo laboratur. Hinc etiam Paulus ait, Patres quidem carnis nostræ habuimus eruditores, & reuerbamur eos: nonne multo magis obtemperabimus patri spiritum, & viuemus? & illi quidem in tempore paucorum dierū secundū voluntatē suā erudiebant nos: hic aut̄ ad id quod vtile ē in recipiēdo sanctificatiōm eius,

**C**ōfydera, q̄ omnia quæ pateris, peccata tua meruerunt: nec tñ secundum ea facit tibi Deus, neq; secundū iniquitates tuas retribuit tibi: sed pro his leuibus & transitorijs tribulatiōib; æterna cōdonat supplicia quæ meruisti, quorū respectu ea quæ pateris nihil  
sunt

CONTRA IRAM.

sunt. Adhæc nihil sunt ad futurâ glori-  
 am, quæ reuelabitur in te. Non em̄  
 cōdignę sunt tribulatiōes pręsentis tē-  
 poris, ad futuram gloriã quę reuela-  
 bitur in nobis. Quandoquidē tanta ē  
 pulchritudo iusticię, tanta iucunditas  
 lucis ęternę, vt etiam si non liceret in  
 ea amplius viuere seu manere, quam  
 vnus diei mora, ppter hoc solum in-  
 numerabiles huius vitę dies pleni de-  
 licijs & circūfluentia temporalium bono-  
 rum, recte meritoq; cōtemni debeant,  
 cui cōparata omnis aliunde suauitas  
 dolor est, omnis iucūditas mœror, om-  
 ne dulce amarum, omne decorū fœdū  
 omne quodcunq; aliud delectare pos-  
 set molestum.

✠ Consydera, q̄ res secundæ sepius  
 per tumorem cor inquinant: aduersę  
 vero res cor per dolorem purgant. In  
 illis se animus erigit: in his etiam quā  
 se erexerat, sternit. In illis homo se ob-  
 liuiscitur: in his ad sui memoriã, etiã  
 nolens & coactus reuocatur. In illis  
 sæpe antea facta bona depereunt, in his

## REMEDIA

longi quoque temporis admissa tergūf.  
 & que admitti poterant, compescunt.  
 Nam plerumque aduersitatis magisterio  
 sub disciplina animus premitur, & cui  
 prius extra se in elatiōm ducebat, cui  
 sit cōditiōi subditus, ex percussa (quā  
 sustinet) carne recordetur,

✠ Considera quod electorū mentes tan-  
 to in meditatiōe secure in eternū felici-  
 tatis suauius exultant, quanto grauior-  
 es patiuntur tribulatiōes. Et cum ni-  
 hil de seculo, nisi tristitiæ fructus colli-  
 gunt, Deū solūmodo suū esse gaudiū  
 ducunt. Et cū cœperint eis mundanæ  
 peruersitatis inæqualitates amarescere  
 tunc primū possunt interne quietis su-  
 auitatem sentire, quorū cruces multi  
 vident, sed nō vident vñctiōes. Tales  
 omnia præter peccatū diligūt, nihil præ  
 peccatū timent, nihil eos præter culpā  
 cōtristat: plus gaudent de passiōibus  
 & pœnis corporalibus, quā de cōsolati-  
 onibus carnalibus: quia vidēt illa esse  
 materiā patientiæ & meriti, hæc vero  
 periculosa esse, & in peccatum homi-  
 nē facile inducere.

CONTRA IRAM

140

**C**onfydera, q̄ Deus præuidens quosdam multū peccare posse, flagellat eos infirmitate corporis, ne peccēt vt eis vtilius sit frangi languoribus ad salutem, quā remanere incolumes ad dānationem. Bonū em̄ est ad vitā ingredi debilem, vel claudū, quam duas manus vel duos pedes habentem, mitti in ignem æternū: & bonū est tibi cū vno oculo in vitā intrare, quam duos oculos habētem mitti in gehenā ignis. Augustinus: Cū Deus aduersis rebus exagitat, aut merita examinat, aut peccata castigat, aut mercedē mihi eternā pro toleratis malis tēporalib⁹ seruat.

**C**onfydera, q̄ misericors Deus nostris cruciatibus non pascitur, sed delictorū morbis per medicamēta contraria medetur: vt qui voluptatibus delectati discessimus, rursus fletibus amaricati redeam⁹: & qui per illicita defluendo cecidimus, etiam a licitis nosmet ipsos restringendo surgamus: & cor quod vana læticia infuderat, salubris tristitia exurat: & quod vulnerauerat

S iij elatio

REMEDIA

elatio superbix, curet abiectio humilis

**C**ōsydera, q̄ diuina bonitas ( vite  
ideo maxime irascitur in hoc seculo,  
ne irascatur in futuro: & misericordiē  
temporalem adhibet seueritatem, ne  
æternā iuste inferat vltionem. Magna  
em̄ ira est ( inquit Hieronymus) cum  
peccatoribus nō irascitur Deus: & qui  
hic cū hominibus flagellari noluerit,  
cū dæmonibus in inferno flagellabit̄.  
Itaq; nos hic vire, hic seca Domine  
vt in futuro parcas.

**✚** Consydera, quāta supra te gratia  
creator dispensatorq; omniū bonorū  
vigilet, qui te in tua desyderia nō rela-  
xat. Quia nisi te in perpetuū saluandū  
diuina protidentia cerneret, erudiēdū  
sub disciplinæ regimine nō frenaret.  
Etem̄ quē desperat medicus, concedit  
vt cuncta quæ cōcupiscit accipiat: ei ve-  
ro quē saluari posse credit, multis in-  
terdicat quæ appetit. Etiam parentes  
pueris nummos subtrahūt, quibus to-  
ta simul patrimonia reseruant.

**C** Consydera, quot & quanta cōui-  
troij

CONTRA IRAM

tiorum probra redemptor noster ab ijs  
 pertulerit, quos creauerat, quot insul-  
 tatiū alapas acceperit, quot flagella ta-  
 citus tolerauerit, quā patienter a perfidi-  
 dorū sputis faciem nō abscōderit, quā  
 māsuete spinis diuinū illud caput sup-  
 posuerit, quam placide in sua siti fellis  
 amaritudinem acceperit, quā mansue-  
 te sub irrisione adoratus tacuerit; quā  
 feruenter ipse omniū vita pro te ab æ-  
 ternis supplicijs liberādo, vsq; ad mor-  
 tem deuenerit. Non igitur debet tibi  
 videri asperū, vt tu vilis homunculus  
 a Deo pro malis tuis tolere flagella,  
 cū pro suis bonis operibus Deus tāta  
 ab hominib<sup>9</sup> pertulerit mala, nec hic  
 sine flagello exierit, qui hic sine pecca-  
 to vixit. Oportuit em̄ CHRISTVM  
 pati, & ita intrare in gloriā suam: cum  
 quo nemo regnabit in cœlo, nisi cū eo  
 afflictus fuerit in mundo: cū quo ne-  
 mo coronabit, nisi cū eo legitime cer-  
 tauerit. At quomodo certabitur, si de-  
 fit qui impugnet? quid tibi cū victoria  
 si ne in prælio quidē fueris? impuden-  
 tissime

## REMEDIA

tissime tibi arrogas vel gloriã sine v  
ctoria, vel victoriã sine pugna.

☞ Itaq; satius est, vt presentia mala  
æquo animo patiēdo, tibi valeant in  
remissionem pœnæ pro peccatis tuis  
debite, & ad gloriæ sempiternæ acqui  
sitionē, quã impatienter & cū animi  
perturbatione citra emolumētū & sa  
lutis fructum, ad dānationis augmen  
tum ea tolerare, quæ alioqui (velis no  
lis) tolerāda tibi sunt, quia sic domi  
no Deo placuit, idcirco & ita fieri ne  
cesse est.

### ¶ Methodus uitandi pro priam Iram.

**T** Vi tu ornq; omnium inordinatū  
amorem ex tuo dele animo: alioqui  
facile in iram excādesces, simulatq; te  
aut tuos leui quapiã iniuria videris af  
☞ Quo natura ad irā es pro  
pensior, eo diligētius te ipsum multo  
ante præmunies ad patientiam: tā ver  
ba quā facta, quæ occurrere possunt,  
prouide præmeditās. Tela em præuisa  
minus

CONTRA IRAM

minus nocēt. Idq; omnino habeas a-  
nimo tuo deliberatū lvt feruescēte ira  
nihil præcipitāter ve dicas vel facias;  
nihil tibi credas irato: suspectū habeas  
quicquid cōcitati animi impetus dicta-  
uerit, etiā si honestū videat. Sed illud  
differes faciendū, quoadusq; ira defer-  
buerit: aut deuote dices semel aut sæ-  
pius orationem dominicā, aut aliud si-  
mile, priusquā id designes, q̄a interim  
fortasse ira deferuescet.

**C** Dum alius quispiā tecōuit ihs lecef-  
sit, caue repellas cōuitiū cōuitio, & ma-  
lū malo, si animi tui iram extinguere  
cupis, ea em̄ ex verborū contentione,  
magis magisq; solet excandescere.  
Quia dum suam quisq; iniuriā pergit  
vindicare, & vim vi repellere, vtrinq;  
crescunt inimicitia, incru descit dolor  
& tādē mutuarū iniuriarū vix potest  
finis inueniri. Itaq; omnis sermo ma-  
lus de ore tuo nō procedat, omnis ama-  
ritudo, & ira, & indignatio, & clamor  
& blasphemia auferatur a te, & cōtra  
vitiōrū impetum patientia arma assu-  
me, nō furoris. sic

REMEDIA

**¶** Sic apud te pariter & tuū exte-  
 naubis icōmodū, & ab alio illatā tibi  
 iniuriā leuem facies. Læsit, sed facile  
 refarcietur. Tū puer est, rerū imperit⁹,  
 adolescēs, mulier est, nō suapte fecit cō-  
 silio, sed alterius instinctu, imprudens  
 fecit, bene potus, equū est ignoscere.  
 At cōtra, Grauius quidē læsit, sed pa-  
 ter est, frater, præceptor, amicus equum  
 est, vt hunc meū dolorē illius vel au-  
 thoritati vel charitati cōdonē. Aut pa-  
 ria faciens, ab altero illatā tibi iniuriā  
 cū ipsius erga te beneficijs cōparabis,  
 vel cū tuis in illum offensis, hoc modo.  
 Hic quidē læsit, sed alias sepius pfuit.  
 Illiberalis est animi tot tantorūq; eius  
 erga me beneficiorū obliuisci, & vni⁹  
 iniuriolę reminisci. Nūc me offendit,  
 sed quoties a me offensus est? Ipsi par-  
 cam, sicut & mihi pepercit, vt meo pro-  
 uocatus exemplo, delinquenti mihi al-  
 ias ignoscat & ipse.  
**¶** Si iniuriā præ amaritudine profus  
 deuorare nō possis, ad superiorem re-  
 currendum est. Nam cōuitiū pro cōui-  
 tiorēd

## CONTRA IRAM

Non reddere, & cōtumeliā retorquere  
in eum qui dedit, nihil aliud est, quam  
talem fieri qualis est is quē dānas.

**S**ol non occidat super iracūdiā  
tuā, sed quā citissime poteris, recōcilia  
re fratri tuo. Quia nisi ad māsuētudī  
nis lenitatē cito redieris, pertinax irā  
motus facile crescet in fratris od iū, &  
trabē facies de festuca, & animā iam  
facies homicidam.

**R**econciliari poteris proximo tuo  
tribus modis. Aut verbis, petendo ve  
niā de offensa ab offenso, dicens, obse  
cro te per māsuētudinē IESU Christi,  
si lesi te, ignosce mihi. Aut corporis hu  
militate, te prosternēdo corā eo quem  
offendisti, rogās, vt non reputet tibi ad  
iniquitatē, neq; meminerit iniurię sibi  
factę. Aut obsequio charitatis & be  
neficio, inimicū tuū tibi placabis. Iux  
ta illud, Si esurierit inimicus tuus, ci  
ba illum, si sitit, potū da illi. Quia per  
hec eū placabis, & cū eo in gratiā redi  
bis. Qd' si uis in iustitia perfectus esse  
non dicas, Mihi nocuit, non ego illi.  
Si em

*Quomodo  
reconcilan  
dū fratri sit*

REMEDIA

Si em̄ pro gloria salutis tuę iubet De⁹  
te inimicis tuis reconciliari, tu offēsus  
debes preuenire offendentē, vt dupli-  
cem consequaris gloriā. Vnā scilicet,  
quia iniuste offensus es. Aliā, quia pri-  
or ad amicitia inuicū inuitas.

**A**b alio offensus, eidē facile igno-  
sces: qui tibi noueris ab illo ignosci, q̄  
te recōciliauit sibi, delens omnia pre-  
terita, & ad vitā aternā te vocans. Ad  
quā vitā donec peruenias, sine pecca-  
tis esse nō potes: & ideo amplectāda ē  
tā benigna cōditio, quā tibi vltro De⁹  
obtulit, vt dimittēdo peccata aliena, ti-  
bi Deus dimittat tua. Augustinus:

Credendū omnino est, nullo modo no-  
bis ignosci que peccamus, si nos inexo-  
rabiles ad ignoscēdū peccatū fuerim⁹.

**I**rat⁹ te ipsum ad alia cōuerte ne-  
gotia, quibus occupatū cor tuū, cōmo-  
tionis & excandescētie sue obliuiscat.

**D**ū exterius grauiā toleras, caue  
ea interius doleas. Ne cū ab hominib⁹  
peccatū nō agnoscitur, sed tātū sub di-  
uina examinatiōe peccatur: culpa do-  
loris

## CONTRA IRAM

loris tãto deterior fiat, quãto magis sibi añ homines virtutis speciẽ vëdicat.

**C** Si pacientiã exhibueris, eo tempore quo vel aduersa patiẽs, vel cõtumelias audiẽs nullo dolore pulsabaris: caute summopere cordis innocentiã postmodũ amittas, dũ ea ipsa quæ pertuleris ad memoriã reuocãs, illa æquanimiter tollerasse erubescas, doleasq; cõtumelias non reddidi sse: sicq; vltionis argumẽta disquiras: & mansuetudinem quã tolerãdo habueras, dũ iniuriam recordaris, in malitiã vertas.

**C** Stude diligere, quos tibi necesse ẽ tolerare, ne si patiẽtiam dilectio nõ sequatur, in deteriorẽ odij culpã virtus ostensa vertatur. Vnde Paulus cũ diceret, Charitas patiẽs est. slico adiunxit Benigna est, videlicet ostendẽs q; charitas quos ex patiẽtia tolerat, amare ex benignitate nõ cessat.

**C** Noli irasci ijs, qui trãsitoria tibi auferunt, qui cõuitia inferunt, qui supplẽcia ingerũt, & prãter hęc faciũt nihil, Tãtũ propriã iniquitati irascere, quæ  
sola ẽ

REMEDIA

sola tibi nocere potest, solâ facere vt cetera tibi nō profint. Nulla em̄ nocebit aduersitas, si nulla dominetur iniquitas: qui huic perfecte irascitur, cæteris non mouetur.

**¶** Persecutio & temporalis omnis aduersitas, pro loco & tēpore aliquando tibi erūt fugienda: cum aut̄ necesse fuerit, viriliter toleranda.

**¶** Omne gaudiū existimes, cū in tribulatiōes varias incideris. Res em̄ necessaria tribulatio, quæ in gloriã vertit̄ & tristitia quæ in gaudiū mutat̄. Gaudiū sane lōgū, quod nemo tollat a nobis: gaudiū multiplex, gaudiū plenum. Maius ergo bonū tribulatio, quā voluptas: quæ cū cito trāseāt, hæc pœnam sit paritura, illa vero coronā & præmiū.

**¶** In die malorū, memor sis bonorū, ne pusillanimis fias, & impatiens. In die quoq; bonorū, ne immemor sis malorū, ne extollaris & superbias. Necessarium est, vt sicut mūdi amatores multa patiūtur aduersa: ita & seruis Dei nō omnia in hoc mūdo succedāt optata. Quia

RE MEDIA CONTRA IRAM

ta. Quia ijs Deus plerūq; terrena dene-  
gat, quæ volūt, vt cœlestia præbeat,  
quæ malunt.

¶ Methodus uitandi  
alienam Iram\*

**I**Ratum in ipsa iræ suæ cōmōtione  
si declines, dabis locū iræ.

¶ Ei qui tibi iratus est, blāde & ami-  
ce respōdeas: quia respōsio mollis frā-  
git irā. Qd' si in eius corde pax cōfun-  
datur: tamē in tuo corde inuiolata ser-  
uetur, nec a corde tuo vel abnegata di-

↳ Erit Christiano homine cōcedat.  
dignū, si vitio tātū, nō homini indigna-  
tus, beneficiū pro maleficio, officium  
charitatis pro cōtumelia reponas: sicq;  
ex inimico certissimū tibi cōcilies ami-  
cum: quod plerūq; vsu venit,

¶ Eris pacificus etiā cū pacis inimi-  
cis, spe correctiōis, nō consensu mali-  
gnitatis: vt si nec exēplū, nec cohōrta-  
tiōes tuas sequātur, causas tamē nō ha-  
beāt, quibus tibi iure irasci debeant.

T Dū

PATIENTIA

**C**Dū furentē reprimere conaberis; nequaquā in furorē tete eriges: ne accendas carbones peccatorū, volens eos extinguere sed quicquid est in te tranquillitatis & modestiæ, illud ostēdes.

DE PATIENTIA,

**P**atientia est, qua æquo animo toleram⁹ mala: id est, sine perturbatione tristitiæ. Viris iustis mūdi odia & tribulationes patiēter tollerādæ sūt; necesse em̄ est mūdū eos odisse, quos videt odisse id quod diligit. Gregorius: Nos sine ferro & flāmis martyres esse possumus, si patiētiā in animo veraciter custodiamus. Tolerari em̄ debēt præsentia mala donec veniat beatitudo pmissa: sustineātur a fidelibus infideliū iniuriæ, & inter hortorū frumēta zizaniarū auulsio differat: quātūlibet sæuiāt impij, melior est etiā in hoc tēpore causa iustorū, qui quāto acrius impetūtur, tātō gloriōsius coronātur. Flagellātur autē boni a Deo omniū iudice, malorū ministerio, quibus velut tortoribus ad iustitiā

## PATIENTIA

Iustitiã suam prosequendã utitur contra reos suos. Apud quos quãuis iusti nõ meruerint, ut ab ipsis affligantur, tamẽ apud Deũ meruerũt, ut sic puniantur. Et sicut pater post filij castigationẽ virgas in igne mittit, sic Deus nõster omniũ pater, malos quibus ad filiorũ castigationẽ in hoc seculo utitur, postea in ignẽ mittet sempiternũ. Itaq; optimus quisq; Christianus tribulationes libenter sustinere debet, inimicis parcere, lætusq; in præsentī seculo vindictã nõ desiderare: sed tolerãdo, p̄ inimicis a Deo veniam rogare: exemplo CHRISTI, qui pro crucifixoribus suis patrem orauit, dicens, Pater ignosce illis, quia nesciũt quid faciunt.

## DE ACEDIA:

**A**Cedia est tristitia seu ted iũ quodam spiritualis boni, & quidam animi torpor, quo quis negligit aliqua bona debita inchoare, aut fastidit incepta perficere.

**¶** Cuius septem sunt species.

T ij

Fasti

## DE PECCATO

Fastidit virtutis opus, fugit ardua, voluit  
Fœda animo, veniam desperat, & otia ducit:  
Affectus animi non continet, vtile omittit.  
Hæc peccata mihi perpetrat acedia septem.

### ¶ Peccant per Acediam.

*Fastidiū boni operis* ¶ Qui graue existimāt ieiunare, ora-  
re, de peccatis cōfiteri, & alia præcepta  
adimplere, ex quadam animi tristitia  
dicentes ea esse nimis graua, eaq; se  
non posse adimplere. Bernardus, Id eo  
nō possumus, quia nō multū volumus  
neq; ibi dura necessitate seruitur, vbi  
diligitur id, quod iubetur.

¶ Qui aliquod opus debitū diu tar-  
dāt inchoare, aut inchoatū tepide faci-  
unt, nō curantes an bene an male fiat,  
dūmodo eo liberati sint, quod plerūq;  
accidere solet in horar ijs precationib;  
& alijs diuini cultus orationibus.

¶ Qui desiderāt dulcē fructū vitę p-  
petuæ: sed viam quæ ad vitam æternā  
ducit, inueniētes amarā, totū abijciunt  
& nihil volunt pati p dulcedine coele-  
stis patriæ. Verū dulcia nō meruit qui  
non

ACEDIAE

nō gustauit amara,

✠ Qui prae fastidio sibi precauendi & a peccato cōtinēdi, vitæ suæ emēdationē proferūt de die in diem, & interea se suis affectibus permittunt.

✠ Qui diuersa pponūt, & multa bona opera debita in Dei honorē cedētia attentāt, sed frequenter ppositū mutāt nō ex impotētia aut ex ratiōabili causa, sed propter tædiū quod habēt in eorum operum executione,

✠ Qui eligunt potius in miseria magna pmāere, quā aliqd laboris sumere.

✠ Qui ex paruitate animi & plus equo, retrahūt se a magnis operibus suam facultatem non excedentibus, tanquam si excederent.

✠ Qui se ipsos nō colligūt: sed sine regimie se dimittūt, suā salutē negligēt. Qui famā suā falso ereptā negligēt, maxime quādo id alijs nocet, aut nociturū timetur ratiōe scādali. Habenda enim cura est de bono nomine cōseruādo, ne amittatur, procurādō vt restituatur, præcipue quādo est iniuste

DE PECCATO

ablatū. Siquidē duo sunt nobis neces-  
saria: conscientia recti propter nos, &  
fama ppter proximū. Inclyti est ani-  
mi signū, famę diligere commodum,

*Fugatio  
mentis.*

**C** Qui otiose nūc id, nūc illud cogi-  
tāt, aut turpes libidinis voluptates, aut  
mala de proximo, aut aliqua cōtra dei  
aut iustorū hominū honorē, quorū om-  
niū otiiū est materia, Hieronymus:

Quod pudet dicere, pudeat etiā cogi-

**✠** Qui inter peccādū a Deo. (tare.  
mentē auocant, nō attendentes ad quā  
tū regem sermonē dirigūt. Quæ men-  
tis euagatio oratiōis fructū tollit: cuius  
(si pura fuerit) magna est virtus, Ora-  
tio em̄ pura, velut fidelis nuntius mā-  
datū peragit, & penetrat quo caro non  
peruenit. Si pura fuerit, si casta: cœlos  
penetrabit, nec vacua redibit. Hæc  
aut̄ mentis euagatio in oratiōe & de-  
uotioe plerūq; ex diaboli provenit ar-  
tificio, qui cognoscit oratiōem cōtra se  
& suas machinationes ad Deū dirigi  
ideo quantū potest orantis impedit fer-  
uorem, ne plene ad Deū se conuertat,  
& sic

ACEDIAE

& sic cōtra eum nō preualeat oratio.

**¶** De desperatione abunde dictū est in primo præcepto.

Desperatio.

**¶** Qui tædio laboris ad vitæ otiosas cōditiones, tanquam ad desidiæ diuerticula se cōferunt: laboriosum nimis existimantes sua arte & labore victū & vestitum mereri.

Otium.

**¶** Qui tempus quod impendi debet diuino cultui aut literarum studio, impartuntur otio, somno, verbis otiosis aut alijs inutilibus operibus. Otiū tamen internū & externū ad quietē & recreationem naturę dānandū nō est, sed tantū id quod dat multis malis materiam, præcipue malis cogitationib⁹ cupiditatibus, aut machinationibus.

**¶** Qui rectam cū habeant voluntatē peccatū vitandi, vincūtur tñ a cōcupiscentiā honoris, irę, aut voluptatis car-

Incontinentia.

**¶** Qui ea omittūt quæ noscūt aut nosci debēt esse animę necessaria.

Omissio.

**¶** Qui ex inordinata animi affectione omittūt ppositū boni operis, etiam si illud ex præcepto nō sit; quia inordi-

T iij nate a

R E M E D I A

nate a bono pposito desistēdū nō est.  
**¶** Qui beneficio ecclesiastico p̄diti, aut monasticæ professioni, ascripti quotidie vtrascq; horas & canonicas & beatæ virginis dicere omittūt. Profani & laici viri secularibus negotijs impeti iustam operam colēdo Deo quoti die impendere nō valentes: idcirco clericis annuos prouentus & opima vectigalia donauerūt, vt hi illorū supplerent vices, precibus ad Deū fundendis, & more bonorum pastorū vigiliis noctis super gregem suū custodirent, & in orationibus vigilarent. Beneficium eīm datū est propter officium.

**¶** Item clerici, id est (vt ita dicam) tonsurati, qui nec psalmos nec horas virginis Mariæ pro diœceseos eorum consuetudine dicunt.

**¶** Qui ex quadam torpedine & animi languore, omittunt de acceptis beneficijs Deo gratulari, sacrosanctā Eucharistiā sumere, cōscientiā suā discutere ante cōfessionem, sacramenta recipere, vota adimplere, sacrificiū audire, se

CONTRA ACEDIAM,  
dire, septem psalmos poenitentiales &  
alias preces ad Deū funderē. Bre-  
uiterq; quicūq; omittūt, q̄ sui sunt offi-  
cij.

**M**ethodus detestādi Acediā.

**C**onsydera quātos labores Chri-  
stus pro te pertulerit ab eo die, q̄  
incoepit facere & docere, vsq; ad extre-  
mum vite sue spiritū: dum in orationi-  
bus noctem duceret in somnem: dum  
modo hanc, modo in aliam regionem  
iret lucrifacitū animas: dum in ihs, que  
patris sui essent, sedulo interesset: dum  
sæpius in templo doceret: nouissime  
aut̄ dum in tempore passiōis sue vel  
nimis iā defatigatus laboribus sacra-  
tissimis suis humeris lōgissimā illā &  
pōderosissimā crucem baiularet et sub  
tanto onere succūberet. Qd̄ si pro sa-  
lute tua tantū laborauerit, quantū p̄  
eadem tutemet laborare deberes? Pro  
peccatis tuis tollendis tenerrimus ille  
agnus Dei: tot & tam grauiā pertulit,  
& tu vel minimū laboris pro iisdē sub-  
T v terfusis

REMEDIA

terfugis? Maledictus certe es, qui facis opus Dei negligenter.

✠ Consydera, quantos labores Apostoli pertulerūt: dū secundū Christi p̄ceptū irent in mundū vniuersum & prædicarent euangeliū omni creature quantas & animi & corporis molestias perpeffi sunt sancti martyres, cōfessores, & virgines: deniq; quotquot homines iam cum Deo regnāt, quorum doctrinis & laborib⁹ orthodoxa Christi fides longe lateq; fuit propagata.

✠ Consydera res omnes laborare, et aliquid operis facere. Nam militiā illa cœlestis exercitus sine fine laudem Deo cōcinit, proclamās: Sāctus, Sanctus Sāctus dominus Deus sabaoth. Præterea Sol & Luna, & firmamentū quotidie gyrū terræ ambiunt, Herbe & arbores minimū initiū habentes, ad magnā proceritatem perueniūt. Formicę grana cōdunt estate, quibus hyemem transigant. Apes mellifluæ ignuum fucos genus a præsepibus arcent & sic in alijs animantiū generibus inuenire

CONTRA ACEDIAM

150  
uenire possis. Non te igitur pudet hominē rationis partcipem, eiusdē rationis causa ignauia amplecti, quam rationis expertia motu naturali exhorret.

**C**onsydera, quod si præsentis seculi negotiatores tanta sustinent, vt incertitas piturasq; diuitias accumulēt, easq; multis periculis quæsitas cum animi discrimine feruēt: quid tibi Christi negotiatori faciendū est pro acquirendis spiritualibus diuitijs æternis & sine fine duraturis.

**C**ōsydera quod sicut diuitiæ huius seculi tunc maxime augentur, cū nulla prorsus lucra vel minima cōtemnuntur: Ita & in spiritualibus diuitijs neminum quidem boni operis contemendum est: eo enim cōtempto paulatim decides, Vicissim si parua & minima lucra spiritualia non cōtempseris, paulatim ad magna peruenies.

*Paruula sitentas supera diecisse pusilis,*

*Idq; frequens per agas grandis cumulaturs a ceruus.*

**C**onsydera, q̄ si nolueris bene agere, quando potes, forsitan non poteris bene

## REMEDIA

bene agere, quādo voles. Occasio præ-  
 cepti est, ideoq; arripienda, quādo adest  
 Tempus vitæ, in q̄ viuis breue est, exi-  
 guum, & cum tædio. Igitur dū dies est  
 & dum tempus habes, operare bonū.  
 Veniet enim nox quando operari ne-  
 mo poterit.

✎ Considera, q̄ grauissima pecca-  
 ta tua, grauissimā regrūt poenitēciam  
 & magnum deuocionis feruorē vt n̄s  
 possit satisfieri. Trinam i llam Christi  
 negationem toto vitæ suæ tēpore luxit  
 Petrus, tamen si a Christo fuerat indul-  
 tum, Maria Magdalena vsq; ad extre-  
 mum vitæ suæ spiritum præterita sua  
 peccata deplorauit; tamen si a Christo  
 sibi fuerant dudum dimissa, quia dilex-  
 erat multum. Breuitatis causa plerof  
 que alios pretermittimus, qui peccatorū  
 suorum poenitentiam simul cū præsen-  
 ti vita terminauerūt; tamen si ea pecca-  
 tis tuis multo essent leuiora. Tibi autē  
 qui quotidie peccas, & addis peccata  
 peccatis, quomō labor ille grauis uidef  
 quo tot & tanta peccata delētur. Quā  
 tepide

CONTRA ACEDIAM.

tepede agis, vt debita illa remittantur, quibus mors æterna debetur. Magna profecto opus est satisfactione pro peccatis illis, propter quæ paratus est æternus ignis, quorum onus, aut animæ suæ læsionem qui perfecte senserit, ille quidem nullo modo aut certe parum sentiet corporis pœnam, nec reputabit laborem, quo peccata nouerit deleri præterita, & caueri futura. Idcirco tempore gratiæ & misericordiæ (id est tempore uitæ præsentis) fac dignos fructus pœnitentiæ, & grauissimâ purgatorij pœnam præsentis pœnitentiæ labore fac redimas.

Consydera, q̄ si dū uixeris uigilare & orare cū Christo uolueris, labores tui cito finientur. Breuissimū em̄ est uitæ nostræ tempus, ad promerēdū æternā gloriam nobis datū, post quod nullum aliud merēdi tempus dabitur. In quo quanto plura & maiora bona fecerim⁹ in terris, tanto maior gloria nos manet in cœlis: quæ si modica uidentur in opere, magna tamē sunt in retributione  
in opere

REMEDIA:

in opere quidem temporalia, in tribulatione aut sunt aeterna: breuis huius laboris est meta, sed corona perpetua: laboratur hic modico tempore, ut uiuat illic in aeternitate. Gregorius: Si attendatur felicitas quae sine transitu attingitur, leue sit quod transeundo laboratur. Itaque committere non debemus, ut hoc tempus gratiae & meriti, sine opere meritorio nobis effluat. Exemplo cuiusdam deuoti uiri, qui quoties audiebat horologium horas sonare, haec secum: O Domine Deus meus iam iterum una hora temporis vitae meae consumpsi, de qua tibi sum rediturus rationem quo modo expendi. Nullum enim a te est mihi tempus impensum, cuius non sit mihi reddenda ratio, quo modo fuerit expensum.

**C**onsidera, quod amor Dei nunquam est otiosus. Operatur enim magna, si est: si vero operari reuincit, amor non est. Hieronymus. Nihil amantibus durum est, nullus difficilis cupientibus labor. Amemus & nos Christum, & eius quaeramus amplexus, & facile uidebitur omne difficile, breuia

Exemplum  
notandum.

CONTRA ACEDIAM

breuia putabimus vniuersa, quæ longa sūt. Præterea oportet per multas tribulationes ingredi regnū Dei. Nemo enim sine certamine coronatus est.

Quis quæ es, qui arbitraris te satis meritū esse superiori tempore, & præterea remissius solito agis, & a pristino feruore sensim excidis, cōsidera, quod non quod bene cœperit, sed qui perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit. Quia sine perseverantia nec opus meritū habet, nec labor præmiū, nec cursus brauiū, nec seruitiū gratiæ, nec pœna quātumlibet afflictiua coronā. Perseuerandū igitur est in bono opere, quod incœperimus: perfecta enim sunt dei opera, quide se ipso ad patrē dicit: Opus cōsum auī, quod dedisti mihi vt facerem. Vnde iudæis perfidis descensū de cruce ipsi suadētibz, dū salutem nostrā in medio terre operaretur, nullo modo acquieuit, ne redemptionis nostræ opus relinqueret imperfectum. Nos quoque si sequi volumus caput nostrū, non vereamur iustificari vsque ad mortē, quoniā merces Domini

RE MEDIA

mini manet in aeternum. Non cessem  
post Christum tollere crucē nostrā p̄se  
uerantes in ea sicut & ipse p̄seuerauit,  
cōfidētes q̄ illud opus bonum in no  
bis perficiet, quod in nobis inceperit,  
& q̄ qui dedit velle, dabit & perficere.  
Quid enim prodest, bene & diu nauig  
asse, & in portu perire? cū hostibus  
fortiter dimicasse & in ipsa hora victo  
riā defecisse?

Methodus uitandi Acediam.

**N**emo est, cuius animā corrupti  
bile corpus & inhabitatio terre  
na nō aggrauet. Sed nitendū tibi est,  
vt carnis cupiditates spiritus vigore  
superes: & quia a tribus peruicacissi  
mis hostibus, mūdo, carne, & demone  
te sentis impugnari ( si facias quod in  
te est ) semper de diuino auxilio expe  
ctes adiuuari. Deus em̄ hortatur te, vt  
pugnes: adiuuat vt vincas: certatē spe  
ctat, deficientem subleuat, vincētē co  
¶ Si terrebit te labor, quem (ronat.  
subire oportet resistendo tentationib⁹,  
hoc e

CONTRA ACEDIAM

hoc erit remediū. Noli laborem resistē  
 di cōparare cū voluptate p̄ccati: sed  
 p̄sentem amaritudinē resistendi cō-  
 para cū futura amaritudine peccati: p̄-  
 sentem dulcedinem culpe quę ad pec-  
 cādum te illectat, cū futura dulcedine  
 cœlestis glorię, & trāquillitate mentis,  
 quę tentatiōis victorē cōsequitur. Et  
 mox videbis, quā iniqua sit cōparatio.  
 In hoc em̄ pleriq; fallūtur, q̄ amaritu-  
 dinem resistendi cōparāt cū delectatio-  
 ne peccati: neq; respiciūt, qd hoc atq;  
 illud cōsequatur. Bernardus: Si labor  
 te terret, merces inuitet: vnusquisq; em̄  
 secū dū suū laborē mercedē accipiet.

**C**ū vita nihil aliud sit, quā militia  
 super terrā, tot demonib⁹ in exitū tuū  
 pugilibus, armatisq; in te mille dolis,  
 mille nocendi artibus. Mūdo etiā (qui  
 totus in maligno positus est) a dextra  
 laeuacq;, a frōte pariter atq; a tergo te op-  
 pugnāte, & ad sui desyderiū te pellici-  
 ente. Pręterea carne ad mortiferas vo-  
 luptates mentem tuā stimulatē, idq;  
 latagente, vt mentis tuę p̄fidiū alijs  
 V. duob⁹

REMEDIA

duobus hostibus aperiat, domesticus  
 em̄ hostis est. Cū igitur res tibi sit cū  
 hostibus tā in perniciē tuā iuratis, ne  
 cōmittas, vt perinde atq; si istos tres in  
 festissimos hostes debellasses, in vtrāq;  
 dormias aurem, quasi in certissima pa  
 ce, dicaſq; pax, pax, cū nō sit pax. Itaq;  
 assidue sta super tua custodia, in prima  
 secūda tertia & quarta vigilia dominū  
 expectās, donec reuertatur a nuptijs,  
 vtcū venerit, & pulsauerit, confestim  
 aperias illi.

**C**ōtra tētationū insultus, aut signo  
 crucis te munies, aut quapiā orotione,  
 aut sententia aliqua deprōpta ex sacra  
 scriptura. Quod si tentationem viceris  
 sic te geras quasi mox in praeliū reditu  
 rus: alterāq; securus aut pavidus ma  
 gis expecta: quia vt nec mare fluctib;  
 sic nec vita ista carere potest tētatiōi  
 bus. Ad hęc qui ingreditur viā pœni  
 tentiē, fortius tentať ab hoste. Illos em̄  
 tentator tentare negligit, quos se quie  
 to iure possidere sentit. Itaq; nusquā  
 nō agendę tibi sunt excubię, nūq; tibi  
 est ab

## CONTRA ACEDIAM

est ab armis discedēdū, donec in hoc corporis præsidio militabis.

**E** Qd' si quādo in hac pugna animā tuā peccati mortalis vulnere lethaliter sauciari cōtigerit: caue ne protinus ab iecto clypeo & armis relictis, hostibus te dedas, & te totū eorū affectibus permittas, neq; cogites de recuperanda libertate. Lapsus itaq; in peccatū, nō solū nō desperes, sed strenuos milites imiteris, quos nō raro pudor ignominia, & accepti vulneris dolor non solū non cōijcit in fugā: verū ad fortius, quā antea, pugnādū acuit. Haud secus pperes animū resumere, & cū hostibus certamina instaurare. Mox videbis te eos fugere, quos fugiebas: & eos persequi, qui te persequebātur. Qd' si forte (vt se habet certaminis cōditio) iursus vulnereris, aut cadas: nō cōtinuo vulnereris, aut lapsus tui pudore desperare debes: sed memineris hāc esse certaminis legem, nō vt nūquā quis vulneret, aut cadat, sed vt nūquam cedat. Quia nō ille qui saepe vulneratus est aut cecidit, victus dicitur: sed ille, qui ad vlti-

REMEDIA

mū nō cessit, Accepit vulnere statim  
adhibe medelā: facilius em vni vulneri  
medeberis, quā multis: facilius recenti  
quam inueterato & putri.

**C** Ad malū opus designādū tentat⁹,  
nō solū nō succūbens tentatiōi & pec-  
cabis: sed etiā inde tibi arripies virtutis  
occasionem, dabisq; operā, vt diabo-  
li tentatiōibus nō solū peior nō fias, sed  
etiā melior euadas, vt omnia tibi coo-  
perentur in bonū. Si ad libidinem aut  
gulā sollicitaris, aliquātulū tibi etiā de  
licitis voluptatibus subtrahē, & ad sã-  
ctas & pias occupatiōes aliquid adijce  
Si ad tenacitatē & auariciā instigaris,  
auge elemosynā. Si ad inanē gloriā  
stimularis, tãto magis te ipsum humi-  
lia in omnibus. Ita fiet, vt te forsitã de-  
nuo ad malū prouocare vereatur tēta-  
tor, ne qui mali operis author esse gau-  
det, boni opis occasionem ministret.

**C** Ad curate tibi cauendū est, ne quod  
vitiū, veluti leue, cōtemnas, & te ipsum  
fallas, dum tibi in vno aut altero vitio  
(quod veniale putabis) cōnieas: quia  
venia-

CONTRA ACEDIAM

veniale quanquā animā nō interficit,  
 eā tamen inficit: quanquā a Deo non  
 separat, tamen a pristino deuotiōis fer  
 uore auocat, & ad opus bonū hominē  
 reddit tepidū, grauem, obnubilatū, &  
 indispositū ad bene agendū, & paula  
 tim a minimis peccatis ad maxima p  
 ducit. Itaq; detestāda tibi sunt, simul  
 & cauenda omnia peccata tā venialia  
 quā mortalia. Qd' si nōdū forte possis  
 omnia vitia funditus euellere, tamen  
 de vitijs tuis aliquid quotidie decerpes  
 & bonis moribus semp aliquid adijcies.  
**C**Caue putes in hoc cōstare iustitiā  
 vt malū nō facias, cū & bonū nō face  
 re malū sit, sed vt etiam opus bonū fa  
 cias. Qui em̄ præcepit, Recede a ma  
 lo, mox subiūxit: Et fac bonū. Idcirco  
 summa diligentia in extirpādis vitijs  
 adhibita, ad acquirendas virtutes non  
 minore opus est diligentia.

**C**Ne ita sis otiosus, vt in eodem otio  
 vtilitatem non cogites proximi: nec ita  
 actuosus, vt contemplationem non re  
 quiras Dei.

## DE DEVOTIONE.

**D**euotio est voluntas prōpta faciendi quod ad Dei seruitiū pertinet. Hęc acedię contraria est: Nā sicut homo acedię vitio laborās, tristis & inuitus opus debitū facit, ideoq; negligenter: sic deuotus gaudet adimpletiōe mādatorū Dei, in hilaritate ea exequitur, in Dei amore feruet: poenitentia quoz; opera & labores abstinētia, suis virib⁹ alioqui impares, feruore deuotiōis & dulcedine spiritalis gratiæ condit: & sic de vna virtute in aliā ascendit, & gradatim ad coelū vsq; peruenit Vbi Deū videndo tāto felicius merebitur in retributiōe, quāto magis summo bono hic adhærere studuerit, nascitur autē deuotio ex amore & timore Dei.



156  
METHO:  
DI CONFESSIO-  
NIS,  
DE RELIQUIS PECCATIS,  
ET PECCATORVM CIR-  
CVMSTANTIIS.

QVARTA PARS.

¶ De quinque sensibus  
exterioribus.



VINQVE sunt sen-  
sus exteriores qui ni-  
si adcurate & sum-  
ma diligentia custo-  
diantur, & quasi refre-  
nentur, per eos tāquā  
fenestras semper pa-  
rentes, mors in animā ingreditur: qui  
numero quinque sunt.

Visus, Auditus, Odoratus, Gustus,  
Tactus.

Corporis humani sensus sunt quinque patentes:  
Auditus, visus, gustus, contactus, odorq̄.

DE SENSU AVDITVS.

V iij Mirabi,

DE QVINOVE SENSIB.

**M**irabilis omnium rerum opifex Deus  
sua aures homini esse voluit,  
linguam vero unicam plus esse audiendum  
quam loquendum innuens.

Aures sunt nobis datae ad percipiendum  
Dei doctrinam, ad laudes Dei cum  
voluptate audiendas, & ad subveniendum  
corpori earum obsequio, non autem  
ad abutendum.

**¶** Peccant per Auditum.

**¶** Qui irascuntur & plus iusto afficiunt  
si quid audiant, quod non placeat.

**¶** Qui superbiunt & gloriantur, dum  
sua laudes audiunt,

**¶** Qui verba lasciva, scurrilia, & otiosa  
cum voluptate audiunt.

**¶** Qui aures suas assentatoribus aut  
delatoribus dedunt.

**¶** Qui cantilenis, ludis, choreis, confabulationibus,  
& eiusmodi mundanis delicijs postponunt  
audire sacrificium divinum, psalmodiam, aut ea quae animae salutis  
noscuntur, aut nosci debent esse necessaria,  
Hieronymus: Nos ad patriam festi-

DE QVINOVE SENSIB.

festinātes, mortiferos Sirenarū cautus  
purda debemus aure transire,

DE SENSU VISVS.

**S**ensus visus quo alijs sensibus est  
præstātor, eo periculosior. Nisi em̄  
ratiōis dominio refrēnatus fuerit, ad  
multā peccata hominem illectat,

**¶** Peccant per Visum.

**¶** Qui sibi placentes instar pavonis  
se subinde respectāt & admirantur:  
aut propter elegantem corporis cultū,  
aut scientiā, aut simile quicquam,

**¶** Qui superciliose vagos oculos huc  
& illuc conuertunt.

**¶** Qui impudicos oculos ad mulierē  
cōcupiscendam adplicāt, Augustinus  
Ne dicatis vos habere animos pudicos  
si habeatis oculos impudicos: quia im-  
pudic⁹ ocul⁹: mpudici cordis est nūti⁹

**¶** Qui otiose gestus aliorū, ornatum  
Incessum & similia obseruant, sup ijs  
sententiam ferentes.

**¶** Qui visa alterius felicitate dolent,

V. v aut vi

DE QVINOVE SENSIB.

aut visa calamitate exultant.

**¶** Qui præ odio aliquos dedignatur  
aspicere.

**¶** Qui visam rem alienam sibi optat

**¶** Qui vanas voluptates, res turpes,  
rerū nouitates videre malūt, quam ea  
quæ sunt cultus diuini, & ad animæ sa-  
lutem spectant.

DE SENSU GVSTVS.

**I**N lingua est virtus gustandi & di-  
scernendi sapes, & ea quæ sub-  
stantialiter corpus nutriūt. Hic sensus  
nisi rationis dictamine gubernetur,  
multarum egritudinū multorūq; pec-  
catorum est materia.

**¶** Peccant per gustum, quicūq; per  
gulam: de qua vide suo loco.

DE SENSU TACTVS,

**Q**uatuor alij sensus in capite se-  
dem habent: solus tactus per  
totum corpus diffusus est, maxime ta-  
men viget in manibus, quia illo cōcur-  
rit multitudo neruorū, qui sunt instru-  
mentum tactus, Peccant

DE QVINOYE SENSIB.

¶ Peccant per Tactum.

✠ Qui percutiunt, verberāt, vulne-  
rant, aut occidūt proximū suum.

¶ Qui furantur, aut rapiunt aliena.

¶ Qui tactus impudicos & immun-  
dos in suis aut alterius mēbris faciūt.

¶ Qui oscula impudica dant aut ea-  
dem libenter recipiunt,

DE SENSU ODORATVS.

I Nstrumētū odoratus est nasus per  
quem ad cerebrū vsq; odor trahit.

¶ Peccant per odoratum.

¶ Qui vini optimi, ciborū, placenta-  
rū, aut similibus olfactu plus iusto de-  
lectati ea sibi desiderant,

✠ Qui propter lasciuiam & volupta-  
tem, vnguenta olent, aut eo odore su-  
pra modum delectantur.

¶ Qui ex cōtemptu & fastu, paupe-  
res & valetudinarios plus æquo exhor-  
rent, nimis studiosi, ne quid odoris ab  
ijs percipiant.

De

## ¶ De causis peccati alieni.

**E**st quando alius peccat, tamē peccati alieni est tibi reddenda ratio & pro eo perinde dānaberis, atq; pro tuo proprio peccato, nēpe qui eius perpetrādi fueris proximo tuo causa. Nec solū peccatū iā perpetrātū in tuū redūdat caput: verū etiam omnia, quæ eadem de causa in posterū pertrahuntur. Pro quibus, si sic decedas vitā, vsq; in diem iudicij in inferno pœna tua accidentalis in dies augebitur, dūtaxat si peccatū tua causa aliquando exortum in lōgā posteritatē transmittatur, quæ peccata decem sunt numero.

*Consulo, precipio, consentio, frōuoco, laudo,  
Non retego culpam, nō pūnio, non reprehendo,  
Participo, defendo, meum in caput ista redūdant.*

## ¶ Peccāt ratiōe alieni peccati.

*Cōsiliū.* ¶ Qui alteri malum consulunt.

¶ Qui dant consiliū vnde damnum proximo infertur.

¶ Qui peruersis moribus & doctrina alios imbuunt, & instituunt.

Qui

DE CAUSIS PEC. ALIE.

**¶** Qui alijs sunt scandalo.

**¶** Qui iubent subditis suis aliquid p̄ter æquum & bonum.

*Iusio.*

**¶** Qui alijs iubent peccatum cōmittere, aliū lædere, aut alio quouis modo

**¶** Qui cōsentiūt ad mala faciēda, sine quorū cōsensu nō fuissent perpetrata: tamen si nō cōsuluerūt, nec iusserūt, cū īpedire debuissent. Ad Ro

*Cōfessus.*

ma. 1. Digni sunt morte, non solū qui faciunt ea, sed qui consentiūt faciētib⁹

**¶** Qui aut dictis aut factis, alios ad iracūdiā iniuste puocāt: vnde ij puocati blasphemāt, aut alia turpiora desit

*Irritatio.*

**¶** Qui sponsione, alioue quouis modo alios ad peccandum irritāt.

**¶** Qui alteri adulātes, quæ perperam facta sunt, ea laudāt: cuiusmodi homines plerūq; causa sunt, vt alius iterato peccet. Adulātum em̄ linguæ alligāt

*Laudatio*

animas in peccatis: quoniā delectat ea facere, in quibus nō solum non metuitur reprehēlor, sed etiā audir̄ laudator

**¶** Qui vel tacite apud se lætantur, et probant malum ab alio factum.

*Qui*

DE CAUSIS PEC. ALIE.

*Reticētia  
culpā.* ¶ Qui quādo cōmode possunt, nō tā  
mē manifestāt peccata hominū ijs, qui  
debent & possunt corripere & emēda  
re delinquentes, dūtaxat si sciāt ex sua  
reuelatione pximū a peccato arcēdū,  
& aliū quēpiā à periculo liberandum.

*Indulgen  
tia.* ¶ Qui cū possint, & ex officio debe  
ant subditos corripere, & emēdare, p  
hibereq; ne alteri damnum inferatur:  
tamē aut cōniūēt in eorū peccatis, aut  
leuiter puniunt delinquētes, sic vt ite  
rum peccare nō current.

¶ Qui p̄ter æquum & bonum sō  
t s̄ absoluunt criminis,

¶ Qui permittūt pauperes & impo  
tēiores iniuste opprimi, cū iniuste illi  
oppressioni possint oblistere.

*Omissio  
reprehen  
sionis.* ¶ Qui in aliorum peccatis obmute  
scunt, & proximū delinquētē p̄ virib;  
a peccato auocare negligunt. Bernar.  
Nemo pximi vitia palpet, peccata dis  
simulet nemo: est em̄ cōsentire, silere,  
cū arguere possis: & scimus, quia simi  
lis pōna faciētes manet & cōsētietes.

*participa  
tio.* ¶ Qui veniunt in partem lucri cum  
furibus & raptoribus. Qui

160  
VIRTUTES CARDINALES.

**¶** Qui alienum spolijs ditescunt.

**¶** Qui malefactoribus patrocinant, aut eisdem domui suæ retinent, excipiunt, aut celant, aut eorū peccata excusant. *Cōfugū.*

**¶** De uirtutibus Theologicis.

**T**res sunt virtutes Theologicæ, quibus & scientia omnis & pphecia omnis militat, per quas anima nostra fertur in summam trinitatem.

Fides, Deo assentiendo,

Spes, in Deo confidendo.

Charitas, Deum summe amando.

Quæ sibi inuicem succedunt, sic vt vna sine altera plane esse nō possit. Fide em̄ titubāte, charitas etiā ipsa lāgue scit: si a fide quisquā ceciderit, a charitate etiā necesse est cadat. Nemo enim id diligere potest, quod nō credit. Porro si credit & diligit, bene agēdo & bonorū morū præceptis obtemperando efficit, vt etiā speret, se ad id, quod credit & diligit, esse venturum.

**¶** Contra has virtutes peccatur, vt in primo

VIRTUTES CARDINALES.  
primo p̄cepto decalogi dictum est.

¶ De quatuor uirtutibus  
cardinalibus.

**V**irtutes cardinales, in quibus to-  
ta bene beateq; viuēdi ratio ver-  
tatur, vt in cardinibus ostium, sunt in  
memoriā reducendæ, vt diligens pec-  
catorum disquisitio & examinatio fie-  
ri possit. Sunt igitur quatuor.

Fortitudo in aduersis.

Temperantia in prosperis.

Iustitia in retribuendo vnicuiq; quod  
suum est.

Prudentia in præcauendis insidijs, &  
in electione rerum agibilium.

*Fortis in aduersis, felici in sorte modestus:*

*Ergo alios iustus, prudens in rebus agendis.*

¶ Peccant contra has uirtutes.

*Fortitudo*

¶ Qui grauius æquo tolerant mor-  
bos, paupertatē, dāna, & alia mala quibus a Deo afficiūtur. In præsentī em̄  
vita quāuis deliciae temporales dulces  
sint, & tribulatiōes temporales amare;  
tamē

VIRTUTES CARDINALES

tamē tribulatiōis poculū lubens debet  
bibere, qui metuit ignē Gehennæ, &  
contemnere dulcedinē seculi, qui aspi  
rat ad gaudia cœli.

✠ Qui alterius molestias impatienti  
us æquo tolerant.

☞ Qui timent, vbi timendum nō est

☞ Qui in reb<sup>9</sup> aduersis animo cadūt  
cum deberent ex virtutū conscientia  
immobili mēte in<sup>t</sup> aduersa constare,

☞ Qui leues sunt, & leui ex causa, p  
locorum temporumq; varietate, men  
tem quoq; variant.

☞ Qui a bono ope incepto desistūt,  
nec in eo perseuerant.

☞ Qui temerarij sunt: & ea, quę sup  
vires suas esse noscūt, aggrediuntur,

☞ Qui pusillanimes sunt: & ea, quę  
suis viribus noscunt paria, aggredi nō  
lunt gratia otij.

✠ Qui in rebus secundis plus iusto Tēperātia  
exultant, & superbiunt.

✠ Qui omnē suā substātiā in ludis,  
scortis, & alijs rebus illicitis prodigūt,  
& profundunt.

X Qui

VIRTUTES CARDINALES

✠ Qui negligentes sunt in coercendis delectationibus prauis.

✠ Qui in oēs voluptates dissoluti sūt

✠ Qui voluptatem illecebris a Deo diuinisq; præceptis auocantur.

✠ Qui honorum & dignitatū nimis auidi sunt.

✠ Qui erga hunc mundum & mundana nimio amore afficiuntur.

*Institi.*

✠ Qui contra rectæ ratiōis dictamē in distributione cōmuniū honorū aut beneficiorū ecclesiasticorū, aut in iudicijs publicis personarū sunt acceptatores, & ratiōe amicitia, consanguinitatis, factiōis, aut alterius illegitimæ causę minus dignos præferunt magis dignis, & ius, equitatemq; peruertunt.

✠ Qui proximo in necessitate cōstituto nō subueniūt, quia in necessitate omnia sunt communia.

✠ Qui reuerentiā & obedientiā debitā nō impendūt ijs, quibus debent:

✠ Qui proximū delinquentem corrigerē negligunt.

✠ Qui animaduertendo in alterum  
aut mo

## VIRTUTES CARDINALES

aut modum excedūt, aut æquo sunt in  
dulgentiores. Iustitia em̄ dū suū mo-  
dum excedit, crudelitatis vitium gignit:  
sicut vicissim nimia pietas dissolutio-  
nem discipline parit: fitq; sapenume-  
ro, vt vitium virtus existimetur.

*Prudētia*

**E** Qui iustam diligentiam nō adhibēt:  
vt cōsiderēt ea, quę de necessitate salu-  
tis facienda, dicēda, expetenda, aut ca-  
uenda sunt: vt qui nō cōsiderātes (si-  
cuti debent) indictū esse ieiuniū, co-  
medunt: aut nō aduertentes cōtractū  
esse illicitum, illum faciunt, cum tamē  
aduertere debuissent.

**I** Qui indiscrete agunt aut modū ex-  
cedendo, aut deficiendo. Est em̄ discre-  
tio non tā virtus, quā moderatrix affe-  
ctuum, doctrix morū, & cōsumatio pfe-  
ctiōis, qua sublata, virtus vitium erit.  
Quæ si adsit, omni virtuti ordinem po-  
nit, ordo modū tribuit, modus decorē  
& perpetuitatem. Nam circumcidit,  
vt nec plus, nec minus æquo fiat.

**E** Qui temerarie & inconsulte opus  
arduū aggrediūtur, Salomon: Filis sine

X ij cōsilio

DONA SPIRITVS S ANCTI.

cōsilio nihil facias, & post factum non  
pœnitebis,

¶ Qui cum possint & debeant scire a-  
liquid siue iuris siue facti: tamē nō ad-  
nituntur pro viribus, vt illud sciāt: cu-  
iusmodi sunt cōmunia fidei, & ea que  
fieri debēt ratiōe officij, grad⁹, aut voti

¶ Qui minus bonū maiori bono de-  
bito præponūt: vt qui temporalia spi-  
ritualibus, terrena cœlestibus, homi-  
nis amorē diuinæ gratiæ præponūt Qui  
em̄ spiritualibus delectatiōibus gaude-  
re non possunt, ad corporales delicias  
sele transferunt.

¶ Qui minus sibi cauent a fallacijs  
& blandimentis mundi, carnis, & dæ-

¶ Qui ab alijs quibuslibet ( monis.  
dānis, insidijs, aut morbis præuisis &  
præcognitis, sibi non cauent, & mala  
futura euitare negligunt,

¶ De donis Spiritus sancti.

**R**equiescet super eū ( id est CHR I  
S T V M ) spiritus sapientiæ & in-  
tellectus

DONA SPIRITVS SANCTI.  
Intellectus, spiritus cōsiliij & fortitudinis  
spiritus scientiæ & pietatis & replebit  
eum spiritus timoris domini. Esaie xi,  
Hic rangūtur septem dona spiritus sã-  
cti: quãuis em̄ om̄e bonū nobis de sur-  
sum sit, descendens a patre luminum  
sunt tamē aliqua præcipue, quæ trini-  
tas sua infinita & in exhausta bonita-  
te hominibus infundit, quæ spiritui  
sancto, sicut & bonitas, attribuuntur.  
Ea sunt septem:

Timor Dei. Fortitudo. Pietas.  
Consiliū. Intellectus, Scientia.  
Sapientia,

*Esto Dei metuens, fortis pius, & bene consul,  
Ingenijq; boni, sciens, & sapiens, Deus hæc dat.*

**C** De horū donorū abusu ñ cōfiteri  
debent, qui cū sint a Deo ihs benignis-  
sime donati ad vsum, non ad abusum,  
tamen ihs abutuntur.

Opera misericordiæ corporalia.

**E** Surientibus cibū, & sitientibus  
potum donare.

X iij Nudos

OPERA MISERICORDIAE.

Nudos vestire. Captiuos redimere,  
Aegrotos visitare. Peregrinos hospita  
ri. Mortuos sepelire.  
Breuiterq; om̄ibus miseris subuenire.

*Pasce famescentes, pota nimium sitientes:*

*Indue nudatos, detentos carcere solue:*

*Vise male affectos, peregrinos collige portas*

*Defunctos sepeli, breuiter miseretor egenis.*

¶ Aliter.

*Visito, pota, cibo, redimo, teco, colligo, condo.*

¶ Opera misericordiae  
spiritualia.

Peccantes corrigere. Ignorātes docere

Dubitantibus recte consulere.

Pro salute proximi orare.

Mœstos cōsolari. Iniurias ferre.

Delinquenti ignoscere.

*Corrige peccantes ac instrue pauca scientes.*

*Consule non doctis, exora pro tribulatis.*

*Conforta mœstos, paciens incommoda perfer.*

*Offensasq; tuis inimicis sponte remitte.*

¶ Aliter.

*Consule, castiga, solare, remitte, ser, ora.*

## OPERA MISERICORDIAE.

Sub hoc verbo consule, comprehenditur doctrina & consilium.

**C** De omissione operum misericordiae corporalis, aut non satis iusta executione eorum, ihs est confitendum, qui possunt & debent ea exhibere, si ea omiserint aut non satis iuste compleuerint, quando recta ratio & charitas dictabant esse adimplenda. Quod si facultas non sit, saltem debent misereri egenorum, eorumque vicem & calamitatem dolere. A quibus quavis interim ex penuria & paupertate excusari possunt, tamen ab executione operum misericordiae spiritualis vix possunt excusari. Quia licet ignorantes docere, & dubitantibus recte consulere non omnes possunt, nec peccates corrigere, utpote qui sint rudes & ignorantes possunt tamen pro salute proximi orare, mortuos consolari, iniurias ferre, & delinquenti ignoscere. Non meminit Hieronymus se mala morte legisse mortuum, qui libenter exercuerit opera pietatis.

**C** De quatuor generalibus peccatis

GENERALIA PECCATA

**Q**uatuor sunt gradus peccatorū  
ad quos cetera omnia peccata  
reducuntur, scilicet. Cordis, Oris,  
Operis, Omissionis.

Omnia em̄ peccata fiunt cogitando,  
loquendo, operando, vel omittendo.  
Cogitat, aut loquitur, vel patrat opus, vel omittit.

*Quisquis peccati conscius efficitur.*

*Cogitatio.* **C**Omnia peccata a corde tanquā a  
fundamento originem sumūt: quia si  
prius cogitatiōi prauę resistimus, in la-  
psum operis non corruimus. Itaq; ma-  
gno studio superfluis cogitatiōibus est  
resistendū, eis assensum & delectatio-  
nem nō præbendo, quia funditus vix  
possunt amputari. Nā caro semper su-  
perflua generat, quæ spiritus sollicitu-  
dinis ferro debet rescindere. Alioqui  
praua cogitatio parit delectationē, de-  
lectatio consensum, consensus operati-  
onem, operatio cōsuetudinem, cōsue-  
tudo necessitatem, necessitas desperati-  
onem, desperatio peccati defensionem  
peccati defensio gloriationem, gloria-  
tio

GENERALIA PECCATA

tio obstinationem, obstinatio æternã  
 damnationẽ. Qua vitiorũ catena ho-  
 mo intricatus & implicitus ab ea ex-  
 plicari nequaquã valet, nisi diuina gra-  
 tia specialiter manũ porrigẽte. Magna  
 igitur obseruantia est adhibenda circa  
 cordis custodiã: cui<sup>9</sup> hæc sunt peccata  
 Cogitatio superba. Arrogãs. Cupida.  
 Simoniaca. Turpis. Immunda.  
 Odium. Simultas. Indignatio,  
 Animi tumor. Iudicium temerarium.  
 Machinatio. Hypocrisis.

Variis ac vagus mentis discursus.  
 ↪ De vanis, obscenis, & immũdis  
 cogitationibus est cõfitendũ, nec non  
 de prauis voluntatibus deliberatis, ta-  
 meti in opus exterius nõ exierũt. Itaq;  
 poenitus de his cõfitebitur suo loco, di-  
 cẽs: Habui volũtatẽ deliberatã tale vel

tale peccatũ cõmittẽdi, quod cõmis-  
 sem, si fuisset facultas: & nisi timuissẽ  
 verecũdiã, aut penã tẽpalẽ, aut aliud si-  
 ¶ In lingua circũferim<sup>9</sup> vtrũq; (mle.)  
 & lethale venenũ, et saluberrimũ phar-  
 macũ. Nihil em̃ inter homines mala

GENERALIA PECCATA

lingua nocētius: nihil eadem salubri<sup>9</sup>  
 si quis ea vtatur, vt oportet. Adhęc mo  
 res hominis lingua pādīt: & qualis ser  
 mo ostenditur, talis animus approbat,  
 quia plerūq; ex abūdātia cordis os lo  
 quit: Magna igitur opus est custodia,  
 ad cōpescēdū oris nostri claustra. Lapis  
 emissus, sermo platus: & dū otiosa ver  
 ba cauere negligim<sup>9</sup>, ad verba noxia  
 peruenimus Peccata aut oris hęc sunt  
 Vana diuini nominis assumptio,  
 Blasphemia. Periurium. Murmuratio  
 Peccati defensio. Mēdaciū. Detractio  
 Adulatio. Maledictio. Conuictium.  
 Bonorū derisio. Prauum consilium,  
 Discordiarum seminatio,  
 Secreti reuelatio.  
 Aliud corde sentire, aliud ore dicere,  
 Indiscreta cōminatio, aut promissio.  
 Iactātia. Falsus rumor. Otiosum v̄bū,  
 Multiloquium. Turpiloquium,  
 Scurilitas. Indiscreta taciturnitas.  
 Hęc peccata oris maxime sunt cō  
 siderāda ex affectu & volūtate dicentis  
 Cōsumatio peccati est in opere: sed  
 quia

Opus.

CIRCUMSTANTIAE.

quia peccata operis infinita pene sunt,  
ideo breuitati cōsulētes, ea omittimus.

¶ De omissione abunde dictū est in *Omissio.*  
acedia.

¶ De octo circumstantijs  
peccatorum.

**C**onfessionarij, necnō sua peccata  
ta ipsis cōfitētes, pro viribus exa  
minare debēt, quibus circūstātijs pec  
cata sint obuoluta. Plerūq; em̄ peccati  
speciē aut mutāt aut augent. Species  
aut peccati tūc mutatur, quādo distin  
cta prohibitiōe, phibētur, & peccatum  
in aliud genus peccati mortalis trahit̄  
Itaq; nō sufficit cōfiteri de genere pec  
cati, sed etiam de omnibus circūstātijs  
peccati speciē aut augētibus aut mutā  
tibus.

¶ Octo sunt circumstantiæ.

*Quis, quid, ubi, per quos, quoties, cur, quo modo,*  
*quando.*

*Peccasti, dices: vt sit confessio vera.*

¶ De circumstantia personæ.

*Prima*

## CIRCUMSTANTI AE.

*Quis.*

**P**Rima circūstātia respicit cōditionem hominis peccātis: scilicet, cuius status, cuius dignitatis, cuius officij, cuius ordinis. Status em̄ peccantis auget peccatū: quia quod in vno laudatur, in alio interim vituperat: quod in vno leue est & venia dignū, in alio interim graue est, & animaduersione plectendū. Debet igitur hæc circūstātia diligenter examinari. Si em̄ pater qui ex officio debet exēplū virtutis filio suo præstare, corā eo delinquit, peccat grauius ratiōe personæ ex circūstātia scādali, quod oriri solet ex tali p-

Similiter est dicendū, si pceptor scelus admittat corā discipulo, quē iudicat, aut iudicare debet, malum exemplum sumpturum.

**¶** De circūstātia quantitatis.

*Quid.*

**S**Ecūda circūstātia cōsiderat cōditionem peccati: nēpe pprietatē, qualitatem & quantitatem facti,

**¶** Grauius peccant,

**Qui**

CIRCUMSTANTIAE.

**¶** Qui percutiūt, detrahūt, male volunt parenti, magistro, aut benefactori, quam si alteri.

**¶** Qui occidunt, aut plagā inferunt quā si tantummodo colaphum; aut leuem quampiam iniuriam inferent.

**¶** Qui pauperi furātur, quā si diuiti. Pudeat illis tollere, quibus iubemur offerre: vltra omnes crudelitates est, diuitem velle fieri de exiguitate mēdici.

**¶** Qui rem magni valoris furantur, quā si modici,

**¶** Qui inuident alteri bonum spirituale, quā si temporale.

**¶** Qui virginē violāt, quā si corruptā  
**¶** Qui cū maritata alteri viro scortantur, quam si cum cœlibe,

**¶** Qui bene merentē & beneuolum lædūt, quā si alium quempiam.

**¶** Qui pauperis iniuste bona desiderāt, quā si diuitis, cui bona redūdarent  
Et sic in alijs peccatis cōsiderādū est quale sit peccatū, & quē cōmittatur.

**¶** De circumstantia loci.

Loci

CIRCUMSTANTIÆ,

vbi.

**L**ocus in quo peccatū fit, est considerāndus: trahit em̄ plerunq; peccatū ad aliā speciem, Furtū em̄ etiā rei profanæ, si fiat in loco sacro, sacrilegiū dicitur, quod simplici furto graui⁹ est. **☞** Sanguinis alieni violenta effusio, aut fornicatio facta in loco sacro, ē grauior, quā si alibi. Nō est em̄ pr̄sus in uiria faciēda loco sacro, nempe ad diuinū cultū dedicato. Ferre falsum testimoniū in iudicio grauius est, quam si extra iudiciū.

**☞** Peccatū in publico factū grauius est, quā si in priuato loco: quādo peccator pr̄uidet, aut pr̄uidere debet alicuius scād alū inde esse exoriturū. Isidorus: Maioris est culpæ manifeste, quā occulte peccare: dupliciter em̄ re⁹ est, qui apte delinqt, quia agit & docet

**☞** De circumstantia instrumenti agentis.

Per quos.

**O**mnia auxilia omnia media, quibus peccatū perpetratur, dicuntur

sur

CIRCUMSTANTIAE.

tur instrumenta peccati: fitq; ratioe hu-  
ius circūstatię peccatum grauius.

¶ Grauius peccant.

¶ Qui per clauem adulterinam, aut  
sære per subtilia instrumenta apertio-  
nem, aut similia intrāt domū gratia fur-  
randi, aut alio quouis modo nocendi,  
quā si per ianuā forte fortuna inuentā  
apertam, aut per muri foramen nō ob-

¶ Qui ad peccatū suū exe- (structū,  
quendū plures suscitāt, & pluriū admi-  
niculo vtūtur, occasionem peccati eis  
prestādo, quā si vnus tantum;

¶ Qui peccati sunt authores multis,  
quam si vni.

¶ Qui gladio, aut laminā ferrea læ-  
dunt, quam si leuiori modo.

¶ Qui consulto & ex certa malitia  
peccant, quam si ex infirmitate.

¶ De circumstantia numeri.

**N**Vmerus peccatorū est diligentē  
discutiendus. Grauius em̄ pec- *Quoties.*  
cāt, qui multa peccata eiusdem speciei  
deli-

### CIRCVMSTANTIAE.

designant, quã si pauca. Quã ob rem non solũ numerus peccatorũ operis in memoriã reuocãdus est, sed etiam cordis & cognitiõis, quoad eius fieri poterit: nec solũ quo ad numerum, sed etiã quo ad grauitatem.

Veruntamen si numerus peccatorum cõmissorũ te lateat, debes cõiicere quoties plus minusue peccare potuisti in tali vel tali peccato. Debes etiã explicare quãdiu in tuo peccato perseuerasti, nõ agens pœnitentiã: vt si annũ, mensem, hebdomadã, diem &c. grauius enim est peccatum, quando diutius infelicẽ hominem detinet alligatum,

### ¶ De circũstantia finis.

**Q** Voniã maxime ex fine actus morales speciẽ accipiũt, ea de re circũstantia finis est omniũ precipua: quia plus est cõsiderãda peruersa voluntas, quam nocumentũ inde emanans: & quãto volũtas fuerit maior ad peccãdũ, tãto grauius est peccatum.

### ¶ Grauius peccant,

CIRCVMSTANTIAE.

**¶** Qui de industria, quā si sine industria

**¶** Qui sua sponte, quam si coacti, aut ab alio ad peccandum inducti.

**¶** Qui animo nocendi, quā si iocādi.

**¶** Qui sine vlla tētatiōe, & tētationē preueniētes, quā si tentatione impulsī

**¶** Qui ex nimia auaritia, quam si ex paupertate.

**¶** De circumstantia modi.

**D**iligenter est discutiendus modus peccati, & qualiter peccatus sit commissus. Nā quāto turpiori modo consumatur actus exterior, tanto grauior est.

**¶** Grauius peccant.

**¶** Qui fortiter lādūt, quā si leniter.

**¶** Qui ex ira & stomacho alijs quicquid exprobrāt, quam si tantum ex animi leuitate.

**¶** Qui vi rapiunt aliena, quā si clam

**¶** Qui in peccando se habent actiue quā si mere passiue.

**¶** Qui reluctatē & inuitā vsolāt, quā si volentem, aut vltro se se offerentem.

**¶** Qui preter naturalem modum peccāt,

Y quam

CIRCUMSTANTIAE.

quam si modo naturali.

¶ Qui cū præmeditatione diuturna peccāt, quā si repētino animi motu.

¶ De circumstantia temporis.

**V**Ltima circūstantia aggrauans peccatū est tempus. Lōge enim interest, hoc an illo tēpore peccetur.

¶ Festis solennibus, quādo debemus esse conscientia pura, & vacante omni culpa, aut cū venerabile Eucharistiæ sacramentum sumere volumus, peccatum tunc factum grauius est, quam alio tempore.

¶ Machinari & cogitare malū pximo, tantisper dū horarias preces fundis ad Deum, aut dum sacrum audis, grauius est, quam alio tempore:

¶ Hæc aggrauant peccata.

*Ordo, conditio, status dignissimus, ætas,  
Copia, causa, modus, mora, lucta pusilla, sciensq;  
Et tempus, doctrina, locus, numerus, reciduum.  
Hæc plerūq; solent grauiores reddere culpas.*

¶ De triplici peccato.

PECCATA

170  
**T**Ria sūt peccata in generali, Orig-  
 nale, Veniale, Mortale. De quibus  
 singulatim tractabimus, si prius decla-  
 rauerimus, veniale quid a mortali in-  
 terfit. Inter alia mādata Dei sunt aliq̄,  
 quæ facere debemus sub pœna eius  
 gratiā perdendi, & mortem eternā in-  
 currendi: & sunt illa, quæ debitā Deo  
 nō seruāt subiectiōem, & inter homi-  
 nes societatem: sicut est amare Deum  
 omni tempore & loco, & eū nō odisset  
 Nō occidere proximū suū innocētem  
 & nō auferre ei sua violenter, aut alto  
 quouis modo iniusto. Sūt alia præce-  
 pta. cōstitutiōes, & ordinationes, quæ  
 nō obligāt nos nisi ad pœnā tempora-  
 lem: quia trāsgredi ea nō dissipat sub-  
 iectiōem Deo a nobis debitā, nec socie-  
 tatem, quā tenemur habere ad homi-  
 nes. Facere cōtra prima præcepta, est  
 peccatū mortale: cōtra alias ordinatio-  
 nes, est peccatū veniale. Quemadmo-  
 dū videmus q̄ rex aliqua præcipit sub  
 pœna mortis aut capitis, & aliqua sub  
 pœna tēporali: vtpote argenti, vel car-  
 ceris ad tempus. Y ij Trib?

PECCATA

**T**ribus modis omne peccatum perpetramus.

Suggestione, Delectatione, Cōsensu.  
 Pri. nū per hostem, Secūdū p carnem.  
 Tertium per spiritum perpetratur.  
 Insidiator enim praua suggerit.  
 Caro se delectationi subijcit.

Ad extremū spiritus victus consentit.  
 Suggestiōe peccatū cognoscim⁹, Delectatiōe vincimur, cōsēlu etiā ligamur.

*Crimen erit triplex: nobis ab origine natum.  
 Hic dignum venia, dignum quocq; morte gehennae.*

**O**riginale peccatū est carētia iustitiæ originalis, quā cōseruatā oportuerat. Quod a protoplasto A d m ppter esum fructus vetiti. in lōgā pferitatē translātū est. & per bapustū (cui contra illud nominatim institutus est) deletur, vna cum omnib⁹ peccatis, sic ut prius commissa sunt.

**V**eniale peccatū quod venia non caret, etiā sine cōfessiōe. Quod tamen si animā nō occidit, reddit tamē min⁹ feruentem ad opus bonū. Itaq; etiam

PECCATA

ab omni veniali summa ope & diligencia est cauēdū. Caue autē dixeris in corde tuo: Leue est istud peccatū, nō curo corrigere: nō est magnū, si in hoc maneam veniali mini moq; peccato. Hęc em̄ est impœnitentia, hęc blasphemia in spiritū sanctū.

¶ Remittuntur peccata uenialia.

- Postrema vnctiōe. Doloꝛe illi<sup>9</sup> peccati
- Aspersiōe aque lustralis seu sacrae.
- Absolutione sacerdotis in sacrificio.
- Tundendo pectus cū agnitiōe culpe.
- Feruenti oratiōe. Meditatiōe passiōis.
- Facto signo crucis, Amore dei et pxi.
- Adimpletiōe operū misericordiæ.
- Patientia in tribulatione.
- Afflictione corporis.
- Esu panis benedicti, Ieiunio.
- Susceptiōe sacrosanctę Eucharistię.
- Condonando culpam proximo.
- Duntaxat si hęc fiant cum pio motu & sancta affectione.

¶ Mortale quod sine cōtritiōe & confessi

PECCATA

fessione, vel animo cōfiteđi tempore  
& loco cōstitutis a Deo & sancta eccle-  
sia, ad æternam mortē ducit. Contra  
quod peccatū pœnitentiæ & cōfessiōis  
sacramentū est institutū. Inter quę pec-  
cata ea sunt grauissima, quę sunt con-  
tra spir itū sanctū, quę cōtra Deū vindi-  
ctā clamāt, & ea, quorū absolutio sum-  
mo pōtifici aut episcopo est reseruata.

¶ Peccata in spiritum san-  
ctum sunt sex.

Desperatio de misericordia Dei.

Præsumptio de misericordia Dei.

Obstinatio. Finalis impœnitentia.

Inuidentiā fraternæ gratiæ.

Impugnatio veritatis agnitæ.

¶ Peccata contra Deum  
uindictam clamantia.

Homicidium. Peccatum Sodomie.

Pauperū oppressio. Mercedis detentio

¶ Peccata reseruata sum-  
mo Pontifici.

Enormis mutilatio clerici, Simonia.

Adul-

PECCATA

Aduſtio templorum.

Inſtrumētorū apoſtolicorū falſificatio.  
Sacrum factū tēpe excōmunicatiōis ma  
ioris. aut interdiciōis a rebus diuinis.

Excipiūtur pueri, monachi, vetuli,  
pauperes, mulieres, & quibus ppter  
bellū ad papā nō patet accessus, aut q  
aliud legitimū & necessariū habent im  
pedimentū. Tales em̄ ab episcopo suo  
possunt absolui p̄dictorū criminum

¶ Inter cætera ab episcopo

Parisiensi anno 1515. hæc  
sibi reſeruata ſunt,

Homicidiū. Sortilegiū, Sacrilegium.  
Hæresis, Simonia, Adulterium.  
Stupra & raptus virginū & mulierū  
honeste uiuentium.

Conſupratio ſancti monialium.

Inceſtus cum cōſanguineis & affinib⁹  
intra quartum gradum.

Peccatum Sodomiticum.

Fornicatio cū ea quā de ſacro baptiſm̄  
lauacro ſuſceperis, aut in confeſſione  
audiueris.

Matrimonij cōtractus aut clādeſtinus

Y iij aut cō

PECCATA

aut contra ecclesie prohibitionem.

Procuratio sterilitatis & abortiui.

Luxuriari in ecclesia consecrata.

Templi & loci sacri profanatio.

Ecclesiasticam impedire libertatem aut iurisdictionem.

Impedire diuinum officium.

Profanus abusus rerum sacrarum, velut

Eucharistiae, chrisimatis, & similiarum.

Rem sacram facere in altari aut vestimentis non consecratis, aut post sumptum cibum.

Sepelire excommunicatum in loco sacro.

Excommunicati, qui nolunt tempore cultus diuini egredi templo.

Ordinari ab alieno episcopo non obtenta prius facultate. Promoueri per saltum.

Celebrare tempore interdicti a rebus diuinis.

Oppressio. Usura manifesta.

Conspiratio & coniuratio contra proprium praelatum ecclesiasticum.

Parentum percussio.

Percussio violenta sacerdotis aut clerici.

Aduersio domorum, fauor & consilium in ea re.

Violatio fidei sollemniter exhibitae.

Instru

## SACRAMENTA

Instrumentorū publicorū falsificatio.  
Mendacium & periurium in iudicio.  
Votorum transgressio,  
Blasphemia in Deum & sanctos.  
Vxori aut viro suo mortē machinari.  
Intrare religionem viuēte vxore post  
carnalem copulam.

Cæteraq; omnia peccata quibus com-  
missis delinquentes in sententiā maio-  
ris ex cōmunicationis impingunt.

## DE SACRAMENTIS

**S**acramenta ecclesiæ sunt septē ad  
Scurādas nostras infirmitates, nobis  
a Deo data & instituta,

Baptismus cōtra peccatum originale.  
Confirmatio contra infirmitatem &  
difficultatem ad bonum.

Ordo contra iguorantiam verorum.  
Ordinatus enim debet esse doctus vt  
alios possit erudire.

**¶** Hæc tria superiora sacramenta ite-  
rari non possunt.

**¶** Quatuor aut quæ sequuntur itera-  
ri possunt.

Y v Poenit

SACRAMENTA

Pœnitentiã, cōtra peccatum mortale.

Cōiugiũ, cōtra effrœnem libidinem.

Eucharistiã, cōtra affectionẽ terrenorũ

vt visibiliter sub sacramẽto Deũ viden

do, per ipsum factũ visibilẽ, in amorẽ

inuisibiliũ rapiamur & excitemur.

Postrema vnctio, contra veniale.

*Peccatũm baptisma vetus, veniale suprema*

*Vnctio, mortale expungit confessio vera.*

*In virtute, fide quoq; confirmatio firmat;*

*Ordo multa docet, venerabile corpus Iesu*

*Affectus fugat humanos, Veneremq; pro eterna*

*Coniugiũ septem hæc sic sanant vulnera mentis.*

¶ Septem sacramenta di-  
sponunt ad habendas se-  
ptem virtutes.

Baptismus sacramentum est fidei.

Confirmatio, spei.

Eucharistiã, charitatis.

Pœnitentiã, iustitiã. Ordo, prudẽtiã.

Extrema vnctio, perseuerãtiã in fide.

quẽ fortitudinis est complementum.

Matrimonium, temperantiã.

**METHO-**  
**DI CONFSSIONIS;**

DE POENITENTIA ET  
PARTIBVS EIVS.

**QVINTA PARS.**

**¶ De poenitentia.**



VONIAM OPERIS  
instituti ratio exigit  
vt potius de poeniten-  
tia, quã de alijs sacra-  
mentis tractemus: i-  
deo alijs. quæ ad nos-  
strũ institutũ nõ faci-  
unt, omillis, de poenitentia dicamus.

**¶** Poenitentia in genere est peccati  
comissi, cũ intima cõtritione, & firmo  
amplius non peccandi proposito, emẽ  
datio quæ ad Deũ reuertendi initium ẽ.

Poenitentia { Angelos lætificat  
Impios iustificat  
Amilla bona reuocat,  
Ad vitã eternã inuitat

**BERNARDVS:** Tria sunt poenitẽ  
tine

## CONTRITIO

et necessaria. Abſtinentia, per quã carnis ſuperbia edomatur. Lectio, cuius fructu reformãdus in vigorem animi ſaginatur. Oratio, cuius munimine & tutela, virtutũ examina proteguntur.

Pœnitenti  
necellaria,

Veniæ ſpes,  
Cordis contritio.  
Culpæ confellio.  
Iniunctorum a ſacerdote completio.  
Peccati fuga,

Pœnitentię  
partes.

Cordis contritio.  
Oris confellio.  
Operis ſatisfactio.

## DE CONTRITIONE

**C**ontritio (quæ ianua ſalutis dicitur) eſt peccatorũ cõmiſſorum diſplicẽtia, & odiũ ſupra omne odibile, & propoſitũ vitandi peccata ſupra omne vitabile, necnon cõfitendi & ſatisfaciendi volũtas tempore & loco. Hæc autẽ oritur ex cõſideratiõẽ pprie iniquitatis, & timore iudiciorum Dei, cũ ſpe

## CONTRITIO

rum spe veniē: quia timor Dei sine spe veniē nō pareret cōrritionem, sed desperationem, Idcirco spes diuinę misericordię debet esse causa contritionis.

**¶** Attritio est displicētia peccati, sed nō supra omne odibile: & propositum vitandī peccatū, sed nō supra omne vitabile, quod ad deletionē peccati mortalis nou sufficit.

**¶** Requisita ad ueram contritionem.

**¶** Qd' pœnitens ex actuali dilectiōe Dei detestetur peccatū propter Deum *Primū.* quia Dei est offensiuum, & cōtra eius honorem, & q' apud se statuatur Deo duce in futurū abstinere nō solū a peccatis cōmissis, de quibus dolet, sed etiam ab omnibus mortalibus: sic vt nollet pro quacūq; re cōsulito peccatū mortale admittere.

**¶** Qd' paratus sis ijs satisfacere, quos *Secundū.* aut dicto aut facto offendit. Qd' si efficere nō possit, saltem q' doleat illi ex animo, q' proximo infestus fuerit. Prætereā

## CONTRITIO

tereaq̄ habeat volūtatē satisfaciēdi  
proximo, cū aut per facultates, aut p̄  
opportunitatem licebit.

**Tertiu.** ¶ Qd̄ parcat ijs, qui ipsum quocūq̄  
modo offenderūt. Credendū em̄ est no  
bis plane nō dimitti que cōmisimus,  
si nos inexorabiles ad dimittendum  
aliena peccata fuerimus.

**Quartū.** ¶ Qd̄ parat⁹ sit sese abdicare officio  
vel negotio, quod sine peccato morta  
li exerceri nō potest, & peccatorū occa  
siones pro viribus vitare.

**Quintū.** ¶ Qd̄ habeat firmū propositū confi  
tendi & satisfaciēdi Deo, tempore, &  
loco pro peccatis cōmissis: quod ppo  
sitū in necessitate habet confessionis  
& satisfactionis effectum.

Hæc quinque prædicta vere pœnitē  
ti vna debent inesse, vt vera sit contri  
tio, & non dissimulata.

¶ Quicumq̄ ex animo &  
deuote sequentes veritates  
dixerit, sciat se esse in  
gratia, vel si omnia  
prædicta peccata  
admisisset.

CONFESSIO

**D**omine IESV Christe, sic vel sic, *Prima ve-  
ritas.*  
 contra tuā infinitā bonitatē pec-  
 caui, quod mihi in primis displicet: ra-  
 tione cuius poenitentia ago, quia te of-  
 fendi, qui totus es venerandus & colen-  
 dus: quodq; mēdatū tuū trāsgressus sū

**D**omine IESV Christe bonū ha-  
 beo propositū tuo iuramine in-  
 tercedente mihi in futurū præcauēdi,  
*Secūda.*  
 ne recidam in peccatum: & peccatorū  
 occasiones pro viribus euitandi.

**D**omine IESV Christe bonā ha-  
 beo voluntatem peccatorū meo-  
 rum confessionem integre faciendi tē-  
 pore & loco secūdū tuū & sanctæ ma-  
 tris Ecclesiæ præceptū. necnō restituē-  
*Tertia.*  
 di vnicuiq; ablatū cū facultas erit.

DE CONFESSIONE.

**C**onfessio est legitima corā sacer-  
 dote peccatorū declaratio, cū le-  
 gitima sacerdotis absolutiōe eorūdē  
 Nō em̄ sufficit mētalis cōtritio, nisi ad-  
 sit vocalis cōfessio tēpore & loco,

**C**onfessio debet esse.

Voluntaria, Præmeditata, Diligens,  
Integra, Accusatoria, Propria,  
Contrita, Verecunda, Humilis,  
Spei plena, Vera, Nuda.

**Voluntaria** **C** Optimus quisq; Christianus libere & voluntarie, nō solū ex cōsuetudine, timore, aut verecūdia humana cōfiteri debet: alioqui cōfessio nō esset deo accepta, nec homini salutifera, vtpote quæ nō procederet ex charitate; sed tantum ne homo omnibus esset despectui tanquam ab auito amore recedens.

**Præmeditata.** **C** Homo debet præmeditari quomō in cōfessioe dicet: quæ diuisim, quæ cōiunctim: debetq; tantā diligentia adhibere ad peccata sua in memoriā reuocanda, & vitæ antea subducendā rationem sacerdoti Dei vicario, quā si pre temporali, eaq; ardua & magni momenti reddenda foret ratio. Alijs plus temporis, alijs vero minus requiritur ad examinādā cōsciētia secundū quod in breuius aut longius tempus cōfessionem distulerint: aut interea magis minusue solliciti fuerint de peccatis suis

memo

CONFESSIO

memoriæ commitendis,

**S**icut pro euitanda morte corporali *Diligens.*  
 omnimoda diligentia obseruatur: ita  
 expedit, vt pro recuperanda aeterna vi-  
 ta, omnis cura ac diligentia cautius ad-  
 hibeatur. Augustinus: Cū gaudio de-  
 bet facere immortalis futurus, quæ fa-  
 ceret pro differenda morte, moriturus,  
 Itaq; pœnitens paratus sit facere pro  
 animæ vita recipienda, quæcunq; fa-  
 ceret pro corporis morre vitanda.

**I**n confessione ex industria pecca- *Integra.*  
 tum mortale tam certū quā dubiū cū  
 circumstantijs necessarijs nō est reticē-  
 dum. Deus em̄ dimidiatā cōfessionem  
 nō accipit, nec dimidiatā veniam dat:  
 quia nunquam vnus peccati mortalis  
 quempiā absoluit, quin eadem opera  
 omniū absoluat. Qd̄ si cōfitens negli-  
 git discutere cōscientiā suā, id apud se  
 paruifacens, & aliquid cōfessionī ne- *ingredi*  
 cessariū omittat, integram nō facit pec-  
 catorum confessionem.

**P**eccator debet se accusare, pecca- *Accusato-*  
 ta sua sacerdoti exponere: & antequā *ria.*

Z confes

CONFESSIO

cōfessario sese præsente, cōscientiam  
 suā examinare, & nō expectare quo-  
 aduscq; sacerdos eū de singulis interro-  
 get. Dūq; peccata sua exponit, nō de-  
 bet sibi parcere, nō Deo suā culpā a-  
 scribere, nō fortunæ, nō cōstellationi,  
 nō diabolo, nō sodalitati, nō mūdo, nō  
 cōplexioni, nō carni: sed debet circū-  
 stātiās aggrauātes explicare, reticere  
 aut excusantes, culpāq; omnem in se  
 trāsferre debet. Nō em̄ peccatū est, ni-  
 si volūtariū. Augustinus: Rectus est,  
 & bene inuocat Deū, qui in omnibus  
 malis, quę patitur, se accusat, nō Deū:  
 & in bonis quę facit, nō se laudat, sed  
 Deū. Sicut em̄ repellit Deus peccata  
 sua defendentē, sic recipit cōfitentem.  
 Apud quē iudicē iustū & misericordē  
 qui se peccati accusat, ille se excusat: et  
 qui se peccati excusat, ille se accusat.

*Propria.* ¶ Qui de peccatis cōfitetur, de suis  
 tantū, nō de alienis peccatis cōfiteatur  
 Et eorū, qui in scelere fuerūt participes  
 nomina dissimulet silētio: nisi peccati  
 species exprimi nō possit citra declara-  
 tionē

CONFESSIO

tionem eius, qui in crimine cōscius & particeps fuit. Quo tempore eligend<sup>9</sup> est sacerdos, qui in cognitionem cōsortis in crimine venire nō possit. Præterea in cōfessione nihil admiscendū est quod ab eius ratione alienū sit.

**C** De peccatis est cōfitēdū, cū displicentia omniū peccatorū mortaliū cōmissorū, supra omne odibile, & cū proposito vitandi omne peccatū mortale, supra omne vitabile. De quibus quāto amplius cōpungimur, tātō magis peccatorū vincula quo ad pœnā relaxātur.

Sunt igitur cū dolore & amaritudine cordis peccata in memoriā reuocāda. Nequaquā em̄ vere pœnitentiā agit, qui ex peccatorū suorū recordatione nullā habet spiritus tribulationē, quod quidem reprobis est peculiare.

**P**œnitens peccata sua cū pudore & verecūdia explicare debet, sic vt inde turpitudinē & fœditatem propriæ animæ erubescat. Quæ verecūdia ex Dei gratia ascribitur ad partem satisfactionis, si pro Dei amore amplectē

CONFESSIO

do superatur. Bernardus: Ideo iubemur cōfiteri peccata, vt erubescētiā habeamus pro pœna. Erubescētia em̄ magna est pœna: & ideo qui pro Christo erubescit, dignus fit misericordia. Si quidem quātū displicet Deo impudentia peccatoris, tantū eidem placet verecundia pœnitētis. Sunt tamē, qui vt minus verecundentur, quia in idem peccatū saepe recidūt, frequenter cōfessariū mutāt, cū potius deberēt ad maiorem verecundiam eidem sapius & clarius confiteri.

*Humilis.*

**C**ōfessio quatuor modis debet esse humilis. Quantū ad intellectum, vt pœnitens agnoscat se miserimū peccatorem & venia indignū. Quantum ad affectū, vt confessorio & diuino iudicio se subijciat. Quantū ad linguam vt cū reuerentia & tremore quasi corā CHRISTO, peccata sua exponat. Quātū ad act⁹ exteriores, vt vir pœnitēs aperto capite ( si patitur sanitas ) ob reuerentiā CHRISTI & sacramenti, flexisq; genibus humiliē sua explicet peccata

CONFESSIO

cata. Melior em̄ est in malis factis humilis cōfessio, quā in benefactis superbagloriatio. Nō pōt aut̄ cor humiliari coram sacerdote in cōfessione, nisi prius fuerit cōtritū. Vnde in psalmo dicitur: Cor cōtritū & humiliatū Deus nō despicias. Prius dicitur contritū, & postea humiliatum.

**✍** Confitens in ea spe esse debet, se *spei plena* posse a Deo veniā cōsequi, quātūcūq; peccauerit, si modo in confessione facienda suo strenue perfungatur officio.

Quandoquidem poenitentia, quæ ex fiducia nō proficiscitur, est inutilis & sterilis v̄ie, manetq; sine misericordia.

**¶** In cōfessioe nihil falsi ex industria *Vera.* homo debet inserere, fecte se laudādo vel vituperando: quia esset mendaciū in iudicio sacramentali, & faceret iudici iuriā, id ē cōfessario Christi vicario

**¶** Cōfessio debet esse nuda absq; ob- *Nuda.* scuritate verborū occultante peccata, aut peccatorū circūstātiās, Omnia em̄ peccata quātūcūq; turpia exponenda taliter sunt, vt cōfessarius plene & cla

CONFESSIO

re intelligat peccati speciem cum circumstantijsaggravantibus,

¶ Methodus se præparandi ad confessionem.

**Q** Vi integre cōfiteri volet, intra secretum mentis suæ cubiculū (vt seipsum valeat cognoscere) paululū requiescat, cætera præter Deū & peccatorū disquisitionem excludens. In primisque Deū precetur, vt eius mētem illuminet, ad cognoscēdū omnia peccata sua, quorū vt in mentē veniat, quinque sunt cōsiderāda, & diligēter examinanda.

Ea sunt, {  
 Tempus,  
 Inclinatione,  
 Status,  
 Societas,  
 Species peccatorum.

*Tempus.* ¶ Primo meditādum est a quo tempore peccatis facta non sit cōfessio. An tūc cōfessio fuerit integra, sic ut pœnitens nihil cōsulto reticuerit. An tūc habuerit

CONFESSIO

uerit volūtātē posthac a peccato absti-  
nendi; alioqui em̄ cōfessio esset iterāda  
An pœnitēciam a sacerdote iniūctam  
adimpleuerit. Præterea qui integre con-  
fiteri volet, disquirat & diligenter exa-  
minet post nouissimā cōfessionē quæ  
tēpora interfluxerūt & quæ ijs tēpori-  
bus aut publice aut priuatū fieri soleāt,  
vt delicta illis tēporib⁹ patrata in me-  
moriā possit reuocare.

**C**Secūdo cōsideret, ad quæ peccata  
sit procliuis & propēsus, & quociens in  
die aut hebdomada in eo peccato potu-  
it peccasse. Alios em̄ in hoc, alios in il-  
lud peccatū natura genuit procliues:  
& nemo est nisi mētis inops, qui facile  
nō agnoscat inditos sibi natura stimu-  
los ad aliud atque aliud peccatum.

**C**Tertio cōsideret cui⁹ sit cōditionis  
& stat⁹: An scholastic⁹ An præceptor  
An famulus An domin⁹ An clericus  
An laicus: An religiosus An secularis.  
Deinde semel atq; iterū discutiat, quæ  
sui sūt officij, & in quibus eiusdē cōdicio-  
nis homines peccare solent.

Z iij Quarto

CONFESSIO

*Societate.* ¶ Quarto cōsideret quibuscū domi,  
& in quotidiana cōsuetudine sit versa-  
tus: & quibuscum extra domū, in con-  
uersationē extraordinaria.

*Species peccatorum.* ¶ Quinto cōsideret in quo peccauerit: quod vt cōmode fiat, per decē praecepta discurrat, per peccata capitalia, per quinq; sensus, & alia. Cōsideretq;  
An cogitatiōe. An locutiōe. An ope.  
An omissione. An sceleris participati-  
one peccauerit. An alteri quocūq; mo-  
do fuerit causa peccandi.

¶ Quāuis em̄ omnia peccata mortalia sint cōtra aliquod decem praecepto-  
rū: tñ quia alij vnū peccatū capitale cō-  
tra illud praeceptū, alij cōtra aliud esse  
cōtendūt, sic vt nō sit facile discernere  
cōtra quod praeceptū dici possit: Idcir-  
corudioribus consultū volentes, ea di-  
stinximus, quinq; sensus, causas alieni  
peccati, virtutes cardinales, opera mise-  
ricordie etiā ab ijs distinguentes, quae  
omnia ad illa reduci poterāt: facilior  
tamen est cōfessiōis methodus, singu-  
lis in hunc ordinem degestis. Sed de  
hoc

CONFESSIO

hoc satis: interim eo redeamus, vnde digressi sumus.

**C** Postquā poenitenti venerit in mentem vnius peccati, nō prius ad aliorū peccatorū disquisitionem pergat, quā de hoc peccato nominatim doluerit, & illud detestatus sit, sic vt vellet non factū, pponatq; in illud nūquā recidere. Debet em̄ de singulis peccatis mortalibus singulatim dolere, & conteri, si modo ad id satis habeat temporis: alio qui em̄ sufficeret vna generalis cōtritiō. Deinde sapius apud se discutiat et pensiculet omnes circūstātiās ad numerum illius peccati & speciem pertinentes: scilicet,

**Q**uis ipse fuerit, cū peccauit: cū<sup>9</sup> cōditiōis & status. An ex eo peccato alteri fuerit scandalo & offendiculo.

**C** Quid fecerit: an periuriū, an mendaciū &c. An locutione: An cōsensu. An volūtate, An opere, An omissione peccauerit. Quid dāni peccatū attulerit.

**V**bi peccauerit, an in loco sacro, An in publico.

CONFESSIO

**¶** Per quos, vel cum quibus hominibus, & cuius conditiōis & status.

**¶** Quoties: An semel tātū. An sepius. Qd' si numerus peccatorū eū lateat, cōsiderare debet, quoties plus minusue peccasse potuerit, præterea quādiu in peccato pmāserit, aut pseuerauerit.

**¶** Cur: An ex timore, an ex coactiōe an ex crassa & supina ignorantia, an ex pura malitia.

**¶** Quo modo, & quā enormiter peccauerit: An hoc an illo modo,

**¶** Quando peccauerit: An die festo, & quādo debeat esse pura cōsciētia, & omni culpa vacāte, An die profesto.

Quibus octo circūstātijs diu multūq; animo agitatis, tū demū ad aliorū peccatorū disquisitiōem pergat, & in singulis peccatis, quę cōperiet se cōmisisse circūstātijs eadem ratiōe disquirat.

**¶** Dū autē pro virili singula peccata sua vestigauerit, cū magno cordis mœrore de omnibus peccatis cognitis, ignoratis, & oblitis generaliter doleat. Necnō, de peccatorū obliuione, quę ex igno

CONFESSIO

ignorantia cōtulerit, si modo putat ali  
qua commisisse, quæ ipsi exciderint.

**C** Postea cōsideret, nō solum in quo  
offenderit, sed etiā quē offenderit, quā  
bonū, quā benignum, quā pium, quā  
propitium patrem, creatorem & bene-  
factorem suū. Qd' eum a se abiecerit,

& diabolus eius inimicum intromise-  
rit. Qd' innocentiam a sua anima abe-  
gerit, & eius inimicā introduxerit in

**C** Deinde cōsideret pœ- ( quitatē.  
nas inferni, quas per sua peccata iuste  
commeruit. Dolorosam Iesu Christi  
passionem, cuius fructu ( si in eo statu  
vita decessisset ) fuisset priuatus, Para-  
disi gaudia, a quibus se sua spōte exhē-

**✠** Postremo eligat sibi cō- ( redauit.  
fessarium inter eos, qui eum absoluere  
possunt, optimum: & criminis, de quo  
vult confiteri nō cōsciū, discretum, & q  
peccatis possit adhibere remediū. Au-  
gustinus: Qui omnino confitetur, sa-  
cerdoti meliori, quā potest confiteatur  
Qd' si pœnitens nō possit cōfiteri corā  
sacerdote, quem desyderanti nec tem-  
pus, nec

CONFESSIO

pus, nec locus offerat. Tanta vis confessionis est, vt, si deest sacerdos, confiteatur proximo,

¶ Documentum utile ad integram confessionem.

**V**T melius possis confiteri, vtile esset semel in die, & maxime antequam te in somnum dedas, examinare quo modo tempus expenderis, et discurrere p̄ singulas horas, cogitādo loca in quibus fuisti, & cū quibus hominibus: quid cogitasti, quid dixisti, quid audisti, quid fecisti, quid omisisti an ex eo peccato alijs dedisti materiam peccandi: & sic de alijs circumstantijs. Inde tibi doleat, quod dominum Deū tuum per ea peccata offenderis. Habebis etiam propositum confitendi tēpore & loco, & posthac a Dei offensa pro viribus præcauēdi. Qd̄ vt tibi largiri dignetur, eius implorabis auxiliū quia citra eius op̄e ne a minimo quidē peccato liberari posses: & nisi præferuaret te Deus, in grauiissima quaque pecca

CONFESSIO

peccata corrueres. Nec est cur te pigeat  
at mentē tuā in tali examine exercere  
quia pax & læticia mentis, quam inde  
cōsequeris, excedit omne gaudiū mun-  
danū: q̄ si absq̄ magnanimitate difficul-  
tate hunc modū cōfessionem præme-  
ditandi volueris obseruare, stude in  
paucis delinquere, vt pauca possis reco-  
lere & confiteri.

Ne prius admittas somnum, quā cuncta diei  
Acta ter excūrras, bona seu mala quæq̄ notando,  
Excessi, quidnam deliqui, quid vel omisi  
Incipiens, vbi nam primū me perdidit error.  
Turpia deinde animo constans extrudere tenta:  
At bona si qua tibi fuerint, gratabere letus.

**¶** Quæ inter confitendum ob-  
seruanda sunt.

**V**bi poenitens secū omnia diligen-  
ter discussit, & pensiculauerit:  
tum demū cum maximo pudore, con-  
tritione, humilitate, & fiducia veniæ a  
Deo impetrādæ: nō tanquā peccato-  
rū suorū fabulā recitaturus, sacerdoti  
se of-

CONFESSIO

se offerat, & facto crucis signo dicat

Benedicite pater

Et post pauca sacerdotis verba, dicatis

Cōfiteor Deo omnipotenti, & beate Marię semper virgini, bono angelo meo, & omnibus sanctis Dei, & vobis pater: quia ab hora qua peccare potui, vsq; in presentē diē peccaui nimis cogitatione, locutione, opere, & omissione. Mea culpa, mea culpa, mea maxima culpa.

¶ Hic incipiat dicere, quo modo peccauerit, primū in fide & articulis fidei, deinde in pręceptis decalogi, in peccatis capitalibus, in quinque sensibus, an peccati alieni causa fuerit, & quo modo. Dicatq; an cogitatione tantū, an etiam opere, an locutione, an omissione peccauerit, nō omittens simul cōfiteri de circumstantiis peccatū aggrauantibus, Quod si inter cōfitendū hunc ordinem seruare noluerit, duobus modis poterit peccata exponere.

¶ Primo modo. Si a die nouissimę suę cōfessionis incipiat, & per singulos dies aut

CONFESSIO

dies aut hebdomadas vsq; ad præsen-  
tem diem discurrendo, dicat peccata,  
quæ temporibus illis cõmiserit. Aut  
ordine retrogrado a præsentis die inci-  
piat & peccata sua explicando, vsq; ad  
nouissimæ cõfessionis diem gradatim  
ascendat.

**¶** Secũdo mō. Si grauiissima quæcũq;  
peccata, quæ certo nouerit se fecisse, &  
postea leuiora peccata explicet, quib⁹  
explicatis, generalia & leuia peccata  
dicat, quæ numero vix possunt expli-  
cari: vt sunt cogitationes leues & otio-  
sæ, verba leuia & otiosa, negligentia et  
pigritia, iactura temporis, auersio cor-  
dis a Deo inter orandũ, nõ satis iusta  
de beneficijs Dei gratiarũ actio, super-  
flua cura de corpore & rebus, tẽpora/  
libus, turbatiões leues cõtra proximũ  
iudiciũ leue alieni cordis, & similia,

**¶** Pœnitens inter cõfitendũ de vana  
gloria ratione alicuius boni spiritualis  
habita, aut de omissione alicuius boni  
quod sit solitus facere, summo pere ca-  
ueat, ne ex declaratione illa in maiore  
vanã

CONFESSIO

vanam gloriā impinguat, vtpote volēs  
 ea ratione cōfessario suo iudicari deuo-  
 tus. Caueatq; ne de humili, frequenti,  
 & pura cōfessione, aut de paucis leui-  
 busq; peccatis appetat a cōfessario cō-  
 mendari: q; si senserit se vulneratū, nō  
 timeat in fine cōfessionis detegere vul-  
 nus. Vbi aut quacūq; nouerit cōfitens  
 sacerdoti humiliter diligenterq; decla-  
 rauerit, addet: In istis & in multis a-  
 lijs ego miserimus peccator offendi  
 creatorem meū: ideo dico meā cūpā,  
 meā culpā, meā meximā culpā: & ro-  
 go a Deo veniā, precorq; beatissimam  
 virginem Mariā, bonū angelū meum  
 cum omnibus sanctis, & te patrem, vt  
 oretis pro me miserimo peccatore a-  
 pud dominum Deum nostrū IESVM  
 Christū omnipotentem, vt misereatur  
 mei. Si plura occurrerent, libenter cō-  
 fiterer: ꝑ te aut pater mi suppliciter pe-  
 to, vt a peccatis me absoluas, & sacro-  
 sanctæ Ecclesiæ me reconcilies.

**C** Excommunicatus maiori excom-  
 municatione debet prius eius absolui  
 ab eo,

CONFESSIO

ab eo, penes quem est absoluerē, quā  
possit a curiōe suo de alijs peccatis ab-  
solui.

**C** Sed de reseruatis, quæ excommu-  
nicationi nō subiacent, potest a curiō-  
ne (cui de omnibus peccatis cōfiteat̄)  
absolui: ea tamen lege, vt poste a sup̄  
reseruatis adeat episcopum, aut eius vi-  
carium: cui si prius de reseruato tantū  
confiteatur, postea tamen curioni suo  
de omnibus peccatis suis cōfitemens, ple-  
nam de omnibus peccatis & reseruatis  
& nō reseruatis, petat absolutionem.

**V** Veruntamen in extrema necessi-  
tate vnusquisq; sacerdos non tantum  
ab omni peccato, sed etiam ab omni  
sententia excommunicationis potest  
absoluerē. Si tamen conualescat, epi-  
scopum adire obligabitur.

Hic notandum est, nos non posse  
passim & a quolibet sacerdote de pec-  
catis nostris absolui: sed tantum a sum-  
mo pontifice, episcopo nostro, & curio-  
ne, aut a sacerdotibus, quibus ipsi hanc  
potestatem fecerint.

## CONFESSIO

**S**i pœnitens videat propter causã rationabilem se aut non posse aut non debere iniunctam a sacerdote pœnitentiã adimplere, cõfessario causam humiliter declaret, & aliam pœnitentiã postulet.

**¶** Quæ post confessionem obseruanda sunt,

**P**œnitentiã adimplẽdã prima cura esse debet. Postea lōganimitati & patientiã diuinã agendã sunt gratiẽ, qua ipsum peccatorem expectauit ad pœnitentiã, nolens eum cõtinuo iudicare, sed patienter sustinens peccata: neq; propterea ab eo retraxit sua beneficia. Postremo cauendã sunt periculosa occasiones peccãti in eodem peccato, de quo pœnitens antea fuerit cõfessus.

## DE SATISFACTIONE.

**S**atisfactio est peccatorum causas excidere, nec suggestionibus earũ aditũ

SATISFACTIO

aditum indulgere. Causæ autem peccatorum sunt occasiones allicientes ad peccandum. Ex contritione & proposito confitendi tempore & loco, Deus absoluit hominem a culpa, restituitque gratiam gratum facientem, non tamen totam poenā peccato debitam remittit hoc ipso; sed poenam æternam mutat in temporalem, in mundo aut purgatorio luendam. Sed quia purgatorij poena omnem mundi poenam excedit peccata quoque nostra si nos ipsi in presentia puniremus, nullum qui ea in futuro seculo puniret inueniremus: Idcirco tempore gratiæ & misericordiæ (id est tempore vitæ nostræ) satius esset poenitentiam agere, & peccatis nostris satisfacere, quando leui supplicio grauissimam purgatorij poenam euitare possumus, quàm tempore iustitiæ & severitatis poenas condignas pendere, ubi quod deest de volutario, suppletur in tormento. Itaque satius multo est, ut bona que pro anima nostra post mortem nostram ab amicis expectamus, eadem

a ij nosipis

SATISFACTIO

nos ipsi agamus: quã vt amicis nostris,  
fortasse oblitis, ea cõmitamus agenda  
Beatius quippe est liberũ exire, quam  
post vincula libertatẽ quærere.

✚ Sacerdos pœnitentiã iniũgit cõfi-  
tenti duabus de causis. Aut vt ex labo-  
re adimplendę pœnitentiã, pœnitens  
in posterũ a tali arceatur peccato: Aut  
vt ea sit satisfactoria partis pœnã pec-  
cato debitã, alioqui in purgatorio luẽ-

¶ Grauiora peccata grauiorem (de,  
requirunt pœnitentiã, leuiora autẽ  
leuiorẽ. Quia qualis præcessit offensio  
talis debet subsequi recõciliatio: & tã-  
to debemus ad peccati nostri vltionẽ  
esse proniores. quanto ad culpam fuĩ-  
mus propensiores: & quãta fuit pecca-  
ti volũtas, tãta esse debet ad pœnitẽdũ  
deuotio, vt iuxta mẽsurã culpã, sit &  
mensura pœnã. Nõ em leui cõtritiõẽ  
agendũ est, vt debita illa remittantur,  
quibus mors æterna debetur: nec pau-  
ca opus est satisfactiõẽ pro peccatis il-  
lis, ppter quã paratũ est æternus ignis.  
Quorũ onus aut animã suã læsionẽ  
qui

S A T I S F A C T I O

qui perfecte senserit, ille quidem nullo modo aut certe parū sentiet corporis poenā: nec reputabit laborē, quo peccata nouerit deleri p̄terita, et caueri futuri. Pœnitens oēs poenitentiaē suę (ra. fructus paruos reputet: nunquā credat sufficere, semp̄ doleat, semper corā domino, ante quem peccauit, erubescat: dolorē cū vita finiat: vbi deficit dolor, deficit & poenitentia: si aut poenitētia finitur, quid de venia relinquitur?

¶ Optimus satisfaciendi modus est, cōmissi peccati frequēs detestatio. Deo em̄ quādo absoluit hominē a vinculo peccati, ligat eū vinculo perpetuę detestatiōis peccati, saltem in habitu: vt si aliquādo peccati in mentē venerit, illud nominatim detestef: alioqui videtur illud approbare, & rursus deliquere. Bernardus: Vere poenitens semper est in dolore & labore: dolet de prateritis, laborat, pro futuris cauendis.

✎ Non sufficit a peccato desistere, tametsi id aliquid est, nisi peccati sufficiens agatur poenitentia. Necq; em̄ scri-

S A T I S F A C T I O

ptor si a scriptione cessauerit, quia alia  
 nō addidit, etiā illa, quæ scripserat, de-  
 leuit. Nec & limili modo qui cōtume-  
 lias irrogat, si solū modo tacuerit, satis-  
 fecit; cū pfecto necesse sit, vt verba p-  
 missæ superbix verbis subiūcte humi-  
 litatis impugnet. Nec debitor absolu-  
 tus est, quia alia nō multiplicat: nisi et  
 illa, quæ mutuo acceperat, soluat. Ita  
 & dū Deo delinquimus, nequaquā sa-  
 tisfacimus, si ab iniquitate desistamus,  
 nisi voluptates quoq; quas dileximus,  
 e cōtrario appositis lamētis inleq̄mur.

Opus sa-  
 tisfactori-  
 um,

Contritio,

Confessio.

Verecūdia cōfessiōis co-

Detestatio peccati. (mes

Eleemosyna.

Ieiunium.

Oratio.

Per eleemosynā intelligitur exe-  
 cutio operū misericordiæ & corporalis  
 & spiritualis, & quicquid facimus in  
 vtilitatē proximi. Per ieiuniū omnis  
 corporis afflictio & tribulatio.

Per

SATISFACTIO

**C** Per orationem, omne opus interi<sup>o</sup>  
 & exterius ad cultū patriæ pertinens:  
 cuiusmodi sunt omnes gestus corporis  
 quibus Deo seruimus, sancti affectus,  
 & similia.

Opus satis  
 factoriū de  
 bet esse.

Voluntarium.  
 Bonum.  
 Bene factum.  
 Cedēs in Dei honorē.  
 Laboriosū superte natura

**DE PECCATO**

RECIDIVO.

**I**LLÉ duntaxat pœnitentiã digne  
 agit, qui sic præterita mala deplorat  
 vt futura iterū nō cōmittere proponat,  
 Augustinus Inanis ē pœnitētia, quã  
 sequens culpa coinquinat: nihil p̄sunt  
 lamenta, si replicātur peccata: nihil va  
 let a malis veniã poscere, & mala de  
 nuo iterare. Idem alibi: Caueat præte  
 rita, quem vera delectat pœnitētia: bo  
 na em̄ est peccati cōfessio, si & curatio  
 consequatur. Nā quid prodest detege  
 re plagã, & nō adhibere medicinã? Vis  
 verus

RECIDIIVM

verus pœnitens esse, cessa a peccato, et  
noli amplius peccare. Caue aut̃ dixe-  
ris te nō posse a peccato abstinere, quā  
tumlibet laboraueris. Benignus est e-  
nim Deus (inquit Bernardus) qui nō  
patitur nos tentari, vltra quā possum⁹:  
maximeq; inter initia cōuersiōis oleo  
misericordiæ linit vlcera: vt nec morbi  
quātitas, nec curatiōis difficultas vltra  
quā expedit, innotescat. Quoniā igit̃  
pleriq; de peccato dolent, cōfiteñtur, et  
satisfaciūt, subinde tamē in idem pec-  
catum recidunt: Idcirco de peccati fug-  
ga est nobis dicendum.

¶ Peccatū uitatur peccandi oc-  
casionē cauendo: utpote,

Voluptatem. Ludos prohibitos.

Spectacula turpia.

Prauum sodalem. Et id genus reliqua

¶ Qui cognoscet se in aliquod pecca-  
tum procliuem, & sæpe in idem pecca-  
tum recidere: tribus ad id vitandum  
vietur remedijs.

Primum. ¶ Apud se statuat, quoties in idē pec-  
catū reciderit, primo quoq; tēpe satis

RECIDIVVM

factiōis partē implere: veluti in pane et  
aqua ieiunare, aut psalmos pœnitētia/  
les dicere, aut pecuniā aliquā paupib<sup>9</sup>  
errogare; aut intra tertiuū diē de illo pec  
cato cōfiteri; aut aliud simile op<sup>9</sup> bonū

**C** Apud se statuat, q<sup>o</sup> quoties (facere *Secundū.*  
de eo peccato tentabit, septē psalmos  
pœnitentiales dicet, aut passiōis histo  
riā, aut ad virginem Mariā hāc vel il  
lā dicet orationē, aut ad aliū quempiā  
sanctū, aut ante crucifixi imaginē to  
ties flectet genua, priusquā ad peccatū  
illud animi sui adplicet cogitatum.

**C** Apud se statuat, q<sup>o</sup> quoties de eo *Tertium.*  
peccato tentabitur, animū suū adplica  
bit ad cogitandum malū inde sibi eue  
niens: vt puta damnationem æternam  
mortis periculū, mortem omnibus ho  
ris imminentem, priuationem gaudi  
orum paradisi, consortij Dei & sancto  
rum eius, societatem dæmonū &  
damnatorum, & similia

id genus.

Mors tua mors Christi, fraus mundi, gloria cæli.  
Et dolor inferni, sunt meditanda tibi.

a v Metho.



**METHO:**  
**DI CONFSSIONIS;**  
DE ARTE BENE MO-  
RIENDI.

190.

**SEXTA PARS.**

**¶ De mortis necessitate.**



**S**TATVTVM EST OM *Primum*  
nibus semel mori, in pœ *caput.*  
nam quidē grauissimā  
propter peccatū primo-  
rum parentum, Iſtam  
enim mortalitatem ( id est moriendi  
necessitatem ) primi parentes transfu-  
derunt in posteros: quia de fructu veti-  
to edentes, in Deum peccauerunt: pec-  
catum præcessit, & secuta est mors, pec-  
cando vitam amiserunt, & mortem in-  
uenerunt. Sicuti e diuerso immortali-  
tatem in longam posteritatem trāsfu-  
dissent, si non peccassent. A qua mor-  
tis generali sententia nemo excipitur  
vt nemo superbiat.

**¶ De mortis incertitudine.**

*Nihil*

## DE MORTE

Secundū.  
capit.

**N**ihil est certius morte: hora autē  
moris loco & modo, nihil est in  
certius. Quis em̄ potest scire, quando  
moriatur? ubi? qualiter? an bene? an  
male? an gladio? an igne? an aqua? an  
alio mortis genere? nimirum nemo.  
Mors enim omni loco, omni tempore  
nobis struit insidias, nos expectans, in  
sequensq; tanquam vmbra corpus.  
Quis enim est tam stultus, quam uis  
sit adolescens, cui sit exploratum, se  
ad uesperum esse victurum? Quid ali-  
ud est uita nostra, quā cursus ad mor-  
tem? Igitur qui sapiet, omni loco, om-  
ni hora mortem expectabit: omni ho-  
ra paratus, quasi eadem hora esset sine  
dubio moriturus: senibus enim est in  
uauis, iuuenibus uero in insidijs. Cur-  
sus horam Deus uoluit nos latere, ut  
dum incerti essemus quando morere-  
mur, semper ad mortem parati inueni-  
remur. Quamobrem homo uiuens &  
incolumis, debet Deū suum agnosce-  
re, & ad eum conuerti, & non expectā-  
re

DE MORTE

re vsq; ad horam mortis. Quia imprudentem hominem & impræmeditatū plerunq; mors intercipit: & qualem mors inuenit hominem, talem homo inuenit mortem. Perfecti moriuntur cum securitate & lætitia: Iusti cum spe & fiducia: Iniusti, cum tremore & diffidentia.

¶ Qd' uiris iustis mors est desiderabilis.

**I**Nter infinita pericula iugiter ambulamus, nimirum inter dæmonum laqueos, hominum gladios, carnis motus illicitos, corporis pœnas, dolores, laboresq; nimios. Ruinosum est corporis domicilium, in quo uiuimus: pelliculosum est mūdi pelagus, inter quod currimus: periculosum est quicquid terrenum diligimus. In quibus enim voluptatem quærimus, in ijs miseriam plerunq; inuenimus. Et ubi felicitatis locus esse creditur, maior plerunq; infelicitas inuenitur. Nec ab re cœlestis illa prouidentia præsentem vitam, tot tantisq;

*Tertium  
capitulum*

DE MORTE

tantisq; his malis cumulauit: sed secū-  
 dum altitudinem sapientiæ suæ mise-  
 ricorditer constituit, vt per temporalia  
 quæ patimur, purgaremur a peccatis  
 præteritis, & caueremus diligentius a  
 futuris, retunderetur nostra superbia,  
 & negligentia seu væcordia propelle-  
 retur, & augerentur merita: imo com-  
 pelleremur mundum contemnere, vi-  
 tam caducam paruifacere, ad Deum  
 mentes, animos, & desyderia subleua-  
 re, & ad vitam gloriosam totis præcor-  
 dijs aspirare. Sancti enim qui illius cœ-  
 lestis gloriæ & dulcedinis modicum  
 degustauerunt, omnia terrena fastidi-  
 unt, mundi delicias abhorrent, vitam  
 præsentem despiciunt, ad abyssum cœ-  
 lestis dulcedinis totis præcordijs anhe-  
 lant & diuini amplexus expectatio-  
 nem nimis impatienter tolerant, cum  
 apostolo dicentes: Infelix ego homo,  
 quis me liberabit de corpore mortis  
 huius? cupio enim dissolui, & esse cum  
 Christo: quia quemadmodum desyde-  
 rat ceruus ad fontes aquarum, ita de-  
 syderat

## DE MORTE

fyderat anima mea ad te Deus;

**¶** Quamuis mors tot, tantaq; bona nobis aduehat, & eo animum deducat vbi æternus futurus sit: tamen reliquã vitæ nostræ a Deo præscriptum, non est a nobis deserendum: nec est in iussu Imperatoris (id est Dei) de præsidio & statione vitæ decedendum, sicut nec nostra sponte huc venimus. Vnde sui prorsus oblitus, nec satis sibi cõsuluisse & prouidisse mihi videntur, qui eo tẽpore, quod ad viuendum datum est, contenti non sunt: præsertim cum breue tempus ætatis satis lōgum sit ad bene honesteq; viuendum. Quid enim interest, an iuuenis, an senex quis moriatur, & ad mortem humani generis terminum, quasi in portum ex præcellosis huius mundi fluctibus perueniat: cum numerus annorum per se nec miserum faciat, nec beatum.

### ¶ De morte iustorum.

**Q**uoniam nil pretiosius est, quã in manu Dei esse, in qua sunt iustor

Quartū  
caput.

DE MORTE

iustorum animæ: idcirco pretiosa est  
 in conspectu Domini mors iustorum  
 eius. Si tamen ea sit dicēda mors, quæ  
 in lucrum cedit morientis, & tanquā  
 finis laborum, tanquam victoriæ con-  
 sumatio, tanquam vitæ ianua, tanquā  
 perfectæ securitatis ingressus, & tan-  
 quam initium retributionis, animam  
 summo bono sociat. Iusti enim ex hac  
 vita decedentes, de labore transeunt ad  
 quietem, de vilitate ad gloriam, de pau-  
 pertate ad regnum, de timore ad secu-  
 ritatem, de dolore ad gaudium, de mor-  
 te ad vitam, eam quidem, quæ sola est  
 vita nominanda: utpote quibus mors  
 nihil aliud est, quam exitus de carcere  
 finis exiliij, laboris consumatio, ad por-  
 tum applicatio, peregrinationis termi-  
 nus, grauissimi oneris, id est corporis  
 depositio, de domo ruinosa liberatio,  
 omnium malorum consumptio, omni-  
 um periculorum euasio, debiti nature  
 solutio, reditus ad patriā, ingressus ad  
 gloriam. Vnde ille dies, quo sancti ex  
 hoc mundo migrantes in cœlo recipi-  
 untur

Mors  
 quid.

DE MORTE

untur, illis natalitius dicitur: quasi tū  
demum viuere incipiāt, cum vita hac  
corporali sunt defuncti: utpote quorū  
mors ut præsentis est exitus vitæ, ita &  
introitus melioris.

¶ De morte malorum.

**M**ors peccatorum est pessima. *Quintum  
capit.*  
Mala quidem in amissione mū  
di, & eorum, quorū iucunda erat præ  
sentia, gratus aspectus, & familiaris co  
habitatio. Peior in separatione carnis  
ab anima. Pessima autem in ignis ge  
hennæ afflictione. Damnatorum em̄  
pœna superat omnia sanctorum mar  
tyrum tormenta, etiam in vnum colla  
ta. Habet peccator horrorem in exitu,  
dolorem in transitu, pudorem in iudi  
cis æquissimi conspectu, & pauorem  
nimium, cum de mundo egrediens ad  
incognitam pœnitus venit regionem,  
in qua ipsi animæ tartarei angeli, teter  
rimæq; creaturæ occurrunt, eam ad p  
petuos cruciatus rapientes. Diuidun  
turq; eius bona in tres partes: anima  
b datur

DE MORTE.

datur dæmonibus, cadauer vermibus  
bona temporalia heredibus, plerunq;  
aut ingratis aut prodigis.

¶ De periclitatione in morte.

sexum  
aput.

**I**N mortis articulo, nisi Deus homi-  
ni specialiter subueniat, diabolus  
quam maxime potest, homini insidiat  
tentans eum in primis de veritate fi-  
dei, & suadens ei infidelitatem, propo-  
nens etiam ob mentis oculos peccata  
commissa, vt peccatorem in desperati-  
onem inducat. Adhæc plerunq; ine-  
narrabilis est dolor ille, cum separatur  
anima a suo corpore: idq; adeo, vt vix  
possit homo aliud cogitare, quã quod  
in corpore sentit, maximum videlicet  
& grauissimum dolorem. Ideo scribi-  
tur: In morte, nemo est, qui memor sit  
tui Domine. Augustinus: Percutitur  
hac animaduersione peccator, vt mori-  
ens obliuiscatur sui, qui, dum viueret,  
oblitus est Dei. De hac autem in mor-  
tis articulo periclitatione optime Ber-  
nardus: Ostium nostrum maligni spi-  
ritus.

## DE MORTE

ritus obsident, & aduentum nostrum  
illæ horrendæ effigies præstolantur:  
ideo formido exire, & in ipso contremi-  
sco portus ingressu: non confido prope  
assistere, qui excipiat exeuntem: secu-  
re non exeo, nisi Dominus ipse custo-  
diat exitum meum. Heu ero ludibrio  
dæmonum intercipientium, non assi-  
stente qui redimat, neq; qui saluum  
faciat.

**¶** Quo modo morientibus  
est subueniendum.

**Q**uoniam in tota vita discendū  
est mori, idcirco vt vnusquisq;  
cognoscat qua ratione feliciter mori  
possit, aut morientibus subuenire, de  
arte bene moriendi quædam subijcie-  
mus, ex tripartito Ioannis Gersonis  
maxima ex parte sumpta materia.

**¶** Tribus exhortationibus  
saluti morientis consule-  
re possumus.

b n

Con

DE MORTE

*Prima.*

**C**onsydera frater charissime, omnibus cuiuscumque sint conditionis & status, constitutum esse mori, alijs tardius, alijs citius, secundum cursum durationis quem a Deo acceperunt. Cuius potentissimæ manui omnes sumus subditi, ut naturæ debitum solvamus, cum domino Deo nostro visum fuerit, qui in hoc mundo commorandi dedit nobis diversorium, non habitandi. Non est ergo cur vitam istam tanto studio desideres, in qua sæpe quanto amplius vivitur, tanto plus peccatur quanto est longior, tanto culpa maior. Quotidie enim crescunt mala, & subtrahuntur bona. Itaque tibi potius est gaudendum, quod per hanc mortem ex vita hac temporali & misera, ad vitam æternam beatamque commigres.

*Secunda.*

**A**gnosce charissime frater cum gratiarum actione, beneficia in te a Deo collata. Quod tibi hactenus, etiam in hac extrema vitæ tuæ periodo sui cognitionem tibi benigne indulserit. Quod morte repentina te opprimi noluerit. Quod  
te cre

DE MORTE

te creaturam suam per orthodoxę fidei religionem ad cœlestem hæreditatem misericorditer vocauerit. De his & alijs innumeris beneficijs domino Deo nostro habe gratiam, ad inexhaustam eius misericordiam confugiens, & de peccatis tuis veniam humiliter postulans.

**C**onsydera frater charissime, q̄ Deus pater filium suum dilectum infontem & innoxium, in quo sibi bene cōplacuit, pro nobis miseris peccatorib⁹ tot & tantas tribulationes sustinere voluit. Vnde cum in vitæ tuæ excursu multa peccata, eaq̄ grauissima commiseris, pro quibus pœnas his longe acerbiores commeruisti, huius morbi & mortis dolorem patienter tolerare debes, Deum humiliter rogans, vt præsens dolor tibi valeat ad peccatorum tuorum remissionem, & purgatorij horribiles cruciatus in istam afflictionem tuam per suam misericordiam commutet, & pro pœnis futuris det tribulationes præsentis, quæ nullæ sūt

*Tertia.*

b iij ad futu

DE MORTE

Ad futuras. Quod si contrito corde petieris, poenam necessariam tanquam voluntariam feres, & purgatorium tuum facies hic in mundo, videlicet has poenas alioqui necessarias, & quas nulla ratione posses euitare, pro peccatis tuis soluendo. Patienter mortem tolerauerunt CHRISTVS & martyres, qui quod in carne toleras, leuius esse credas eorum tormento. Velis nolis morieris, fac igitur de necessitate virtutem, ut dum tributum naturae persoluis, apud Deum inuenias meritum.

¶ Hoc modo morientem interrogabis.

*Prima.* **N**onne vis frater charissime, & mori & viuere in soliditate fidelis IESU Christi, tanquam verus Christianus? **R.** Volo.

*Secunda.* ¶ Nonne petis a Deo veniam peccatorum, quae commisisti contra eius summam maiestatem, & quod eum condigne non honorasti? **R.** Peto.

*Tertia.* ¶ Nonne tibi deliberandum est, vitam

DE MORTE

tam tuam in melius commutare, si tibi incolumi hoc morbo liberari detur?

R. Est deliberatum.

¶ Nonne Deum rogas sua bonitate tibi hanc gratiam indulgere, vt ab hoc sancto proposito non deflectas, sed cū peccatorum superiorum contritione, semper in bonis operibus proficias? *Quarta.*

R. Rogo.

¶ Num es tibi conscius alicuius peccati mortalis, de quo sacerdoti non sis confessus? R. Non. *Quinta.*

¶ Nonne de peccatis oblitis libens confitereris, si in mentem venirent? *Sexta.*

R. Confiterer

¶ Nonne desideras cor tuum a Deo illuminari, vt oblita peccata in memoriam reuoces, & de ijs confitearis? *Septima.*

R. Desidero.

¶ Nonne ex animo omnibus parcis qui tibi quoquo modo fuerunt molesti? R. Parco. *Octaua.*

¶ Nonne omnibus veteribus inimicis ex tuo expunctis animo, cum inimicis paratus es in gratiam redire? *Nona.*

b iij

Sum

DE MORTE

R. Sum paratus,

Decima. ¶ Nonne ab ijs veniā postulas, quos aliquando dictis, aut factis offendisti?

R. Postulo.

Vndeci. ¶ Nonne vis omnia per te ablata restitui? R. Volo

Duodecima. ¶ Nonne omnem quem pateris dolorem propter Deum æquo animo toleras? R. Tolerō.

¶ Orationes breues in morte dicendæ.

**I**N manus tuas Domine commendo spiritū meum, redemisti me domine Deus veritatis.

¶ **I**ESU Christe misericordiarum pater, misericordiam fac mihi pauperum creature tuæ.

¶ **A**d iuuā me in hac extrema necessitate, succurre animæ egenti & desolatæ, domine Deus noster, vt non a canibus infernalibus deuoretur.

¶ **D**ulcissime domine **I**ESU Christe, ob honorem & virtutem tuæ benedictæ passionis, iube me ascribi in numerum

DE MORTE

rum electorum tuorum.

**C** Domine IESV Christe fili Dei vi-  
ui, pone passionem, crucem, & mortē  
tuam, inter iudicium tuum & animā  
meam.

**C** Creator, & redemptor meus IESV  
Christe, totū me tibi dedo, nō me renu-  
as: ad te venio, non me repellas.

**C** Nunc domine secundum volun-  
tatem tuam fac mecum misericordiā,  
& præcipe in pace recipi spiritum me-  
um.

**C** Sonet in mentis meę auribus vox  
illa dulcis, domine IESV: Hodie me-  
cum eris in paradiso.

Inde salutet virginem MARIAM,  
dicens:

**C** MARIA mater gratiæ, Mater mi-  
sericordiæ, Tu nos ab hoste protege,  
Et hora mortis suscipe.

Angelos deinde precibus inuitet,  
dicens.

**C** Spiritus cœlorum angeli beatissi-  
mi, assistite ( quæso ) mihi migranti  
ex hoc seculo, & potenter eripite me

b v ab im

DE MORTE

ab immundorum spirituum insidijs;  
& animam meam in vestrum confor-  
tium assumite. Tu precipue angele bo-  
ne, custos meus.

Postremo sanctos & sanctas, quos  
singulari obseruantia coluit, precibus  
ad auxilium suum inuitet, dicens:

**E**o gloriosissime sancte N. vel san-  
cta N. in te spem, & confidentiam mi-  
hi apud Deum patrocinandum vi-  
uerem collocaui. Nunc maxime (si vn-  
quam alias) tuo est mihi opus auxilio  
succurre igitur, & in adiutorium meum  
intende in hoc extremæ necessitatis  
articulo,

**¶** Quo modo morienti  
est prouidendum,

**S**i ægrotus a fidei veritate quoquo  
modo exorbitet, proponatur ei san-  
ctorum martyrum exemplum, qui in  
testimonium huius orthodoxæ, & ve-  
ræ religionis Christianæ tot, & tanta  
tormentorum genera passi sunt,

**¶** Si peccatorum veniam desperet,  
propo

DE MORTE

proponatur ei, q̄ si maxima est ipsius peccantis impietas, maior tamen est Dei miserentis pietas: excedit em̄ omnium criminum quantitatem & numerositatem: quæ in communi posita offertur omnibus: a qua nemo est expers, nisi qui eam renuerit, infinitaq; est, peccatorum vero etiam ab origine mundi commissorum, finitus est numerus: quibus omnibus minima gutta pretiosissimi sanguinis domini Dei nostri in passione diffusi, præponderat.

**¶** Præterea q̄ Iudam ( qui sceleratissimus omnium habetur ) Dei nostri singularis clementia ad misericordiã parata erat suscipere, vocando eum amicum: tamen quia desperavit, damnatus est: plusq; desperando peccauit quam IESVM Christum prodendo. Postremo proponatur ei, q̄ peccatorũ remissio est articulus fidei, quo significatur q̄ quantumcunq; & quotiescunq; homo peccauerit, tamen per veram poenitentiam, peccatorum remissionẽ  
confe

DE MORTE

consequi potest: quod nisi crediderit, verus Christianus non est.

¶ Si sacramentorum Ecclesiæ receptionem differat: ostendatur ei, quod matura sacramentorum receptio potest prodesse, & non nocere, & quod forsitan nunquam dabitur talis opportunità eorum suscipiendorum. Præterea ostendatur ei ingens virtus, & efficacia eorum, & periculum, in quod laberetur si ea negligeret. Si excommunicatus sit, amici diligenter curare debent eum absoluendum.

¶ Si mortis aduentus aliquantisper differatur: interim legenda est coram eo passionis historia, aut alia quæuis deuota, & pia, in qua dum esset incolumis, oblectaretur. Aut Dei, & sanctę Ecclesię præcepta: vt exactiore cura meditetur, an in ijs aliquo pacto deliquerit.

¶ Si agrotus ex morbo lingua prædita, ad interrogationes & admonitiones respondere non valeat, tamen sit mente sana & integra, saltem signo aliquo

quo exteriori, aut solo cordis sensu respondeat, hoc enim sufficit ad salutem.

**¶** Præsentetur ei imago Crucifixi, aut beatæ MARIÆ, aut sancti quem peculiari veneratione colebat, dum esset incolumis.

**¶** Nullo modo amici carnales, ut sūt coniunx, liberi, aut alij amici, aut diuitiæ, in memoriam reducantur: nisi spiritalis sanitas id exigat.

**¶** Non detur ei nimia spes corporalis salutis consequendæ, ne ea ex morientis animo salutis spiritualis curam excutiat,

**¶** Sed per animæ sanitatem debet sibi corporis incolumitatem a deo postulare, duntaxat si utilis sit animæ salutem.

**¶** Quoniam agens est in patiente bene disposito, & corporalis morbus plerumq; animi languorem parit, ideo de animæ salute est prius curandum, & prius de peccatis est confitendum, quâ de corporali sanitate habēda sit ratio.

METHODI CONFESSIO-  
NIS FINIS.

CRACOVIAE

APVD VIDVAM FLORIAM  
NI VNGLERII. ANNO  
A CHRISTO NATO

1546.




BIBLIOTH. UNIV.



JAGIellovicz









Mellon

Vol. A  
1546

[Faint, illegible text on a rectangular label at the bottom of the spine]